

BOTANISCHES INSTITUT
der Universität Wien

Bibliothek

J.-Nr. 1630

Sign. 170/11





BOTANISCHES MUSEUM
der k. k. Universität.

J. N^o 1630

B

41/8.





STIRPIUM
AGRI FEMSIONENSIS

INDEX,

OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATA,

AB

E L. F R I E S,



LUNDÆ.
A TYPOGRAPHIA ACADEMICA,
1825, 1826.

STILLING

AGRI. F. M. S. I. O. N. F. N. S. I. S.

INDEX

CATALOGUE OF THE

F. A. S. I. S.



LONDON

Printed and Published by

1855

Exilium plantæ, ceterum trivialis, e regione quadam difficiliter quidem indicatur, sed non minus memorabile quam rarioris proventus. Hic enim sæpe indicat solummodo peculiarem loci specialis formationem, cum illud e totius regionis aberrante indole deducendum. Inter provincias Sueciæ meridionalis hoc loco principem locum sibi vindicat Smolandia occidentalis, cujus Flora phanerogama pauperrima undique cingitur vegetatione longe opulentiori. Cum regiones florum pauperie insignes fugiant Botanici & nihil de hujus regionis vegetatione typis exscriptum exstet, observationes etiam leviores hanc illustrantes symbolam ad Floram Suecicam non ingratham sistere videntur.

Smolandia occidentalis sensu latiori complectitur regionem, cujus aquæ ad mare occidentale diffluunt; cum Smolandia orientalis aquis ad mare balticum tendentibus dignoscitur. Floram harum regionum maxime differre in Flora Hallandica jam notavimus, & in peculiari commentatione de vegetatione Sueciæ orientalis & occidentalis differente plenius persequemur. Smolandia autem oc-

4

cidentalis quoad vegetationem plures offert aberrationes, quæ ex hoc situ non deducuntur & de his in præsentem specialiter agamus. Quo hæ acutius promineant, Smolandiam occident. sensu sumimus strictiori, ita solummodo dicentes plagam cis Lagam positam. Vegetatio enim trans fluvium citatum mox lætiorem induit faciem & obviam veniunt plantæ bene multæ in Smolandia maxime occidentali desideratæ v. c. *Veronica Anagallis, beccabunga, Triticum caninum* & varia gramina pratensia, *Plantago media* (unico tamen loco) *Campanula Trachelium, latifolia, cervicaria, Ulmus frequentior, Cicuta, Ornithogala, Saxifraga granulata, Lychnis silvestris, Prunus Padus, Spiræa filipendula, Helianthemum vulgare, Origanum vulgare, Geranium silvaticum, Malva borealis, Lathyrus heterophyllus, Corydalis fabacea, Hieracium paludosum, Tanacetum* & plurimæ plantæ agrestes. — Quæ autem in hac regione enituntur plantæ eæ sunt, quæ in occidentali ob soli sterilitatem deficiunt. Hanc regionem Smolandia intermediam, cujus aquæ maxima ex parte per Blekingiam Scaniamve orientalem mare petunt, sed etiam ramis variis cum Laga confluunt, distinguimus a Smolandia orientali sensu strictiori, orientem versus declivi. Nam circa & trans lacum Helgesjö ejusque convalles limes videtur occidentalis plantarum magis orientalium v. c. *Laserpitii latifolii* (ad Berg), *Violæ hirtæ, mirabilis, Potentillæ incaucæ* (ad Vartorp), *Thesii alpini* (ad Åreda) *Hieracii cymosi, Pulmonariæ angustifoliæ* (ad

Braås) *Polygoni dumetorum* (Yaby) *Verbasci Thapsi* (ad Helgevarma) *Inulæ salicinæ*, *Cerastii aquatici* (ad Wexioniam), *Melampyri nemorosi*, *Alopecuri pratensis*, *Holci mollis*, *Lithospermi arvensis*, *Allii odoracei*, *Sorbi scandiacæ*, *Ranunculi polyanthemi*, *Potamogetorum*, *Alchemillæ aphanes* & multarum plantarum ruderatarum. — Magis versus orientem occurrunt *Athamanta*, *Lonicera xylosteum*, *Rhamnus catharticus*, *Sanicula*, *Lathræa*.

Ubi vero descenditur, in Calmariensi provincia luxuriat non solum vegetatio litoralis, utpote multas insignes plantas copiose educens v. c. *Isatin*, *Angelicam litoralem*, *Samolum*, *Cucubalum viscosum*, *Saginum strictum*, *Lotum siliquosam* β *maritimam* &c., sed & vegetatio fere campestris. Sic heic iterum multis locis & admodum copiose legimus *Airam præcocem*, *canescentem*, *Melicam unifloram*, *Centunculum*, *Myosot. strictam* & *versicolorem*, *Anagallum*, *Scandicem temulentam*, *Allium scorodoprasum*, *A. arenarium*, *Saxifr. tridoctylitem*, *Papavera*, *Lepidium latifolium*, *Geranium columbinum*, *G. dissectum*, *G. molle*, *Viciam lathyroidem*, *Inulam pulicariam*, *Najadem* &c. — Sed in his videor jam nimius; regiones hujus provinciæ determinans etiam subdivisionis rationes proponere volui.

Redeamus igitur ad Smolandiam maxime occidentalem. Quod in ejus Flora præcipue eminent est defectus plantarum multarum alibi ubique obvarum, v. c. optimorum graminum aliarumque stirpium pratensium,

Lolii perennis, *Cynosuri*, *Alopecuri pratensis*, *Primulæ* &c.; dein plantarum aquaticarum solo limoso gaudentium (plurimæ aquæ enim in solo glareoso pellucidæ & frigidæ) v. c. *Potamogetorum*, *Veronicæ beccabungæ*, *Umbellatarum aquaticarum*, *Chararum*; porro plantarum ruderalium v. c. *Cynoglossi*, *Anchusæ*, *Marrubii*, *Leonuri*, *Solani nigri*, *Verbasci Thapsi*, *Asperuginis* tandemque plantarum arvensium *Agrostemmatidis*, *Centaureæ Cyani*, *Bromi secalini*, *arvensis*, *Sinapis arvensis*.

Si ex his, ut subinde observavimus, aliunde adveniant semina, per paucos solummodo annos durant, deinde emoriuntur & hinc inter cives certas citare nolui. Idem fere valet de plantis nemorosis v. c. *Actæa*, *Clinopodio*, *Adoxa* &c. unico loco specialissimo solummodo lectis. Plantæ ceterum argillam & calcem seligentes plane desunt, cum hæc nullibi, illa parcissime obvia, caro pretio multis locis emitur.

Vulgatissimæ hujus regionis stirpes sunt *Erica vulgaris* & *Scirpus cæspitosus*; hic omnia loca paludosa, illa sicca aprica obtegit. Maximam ceterum vegetationis partem constituunt 1) locis incultis *Pini*, *Vaccinia*, *Empetrum*, *Linnæa* &c.; sed in par. Åker &c. etiam has alere recusat terra, Lichenibus solum tecta: 2) in pratis *Arnica*, nullibi vulgatior, *Aira flexuosa*, *Festuca ovina*, *Convallaria majalis*, *Campanula rotundif.*, *Melampyrum pratense*, *Betula alba*, *Pyrus Malus* &c. 3) inter segetes *Rapha-*

mus raphanistrum, *Artemisia vulgaris*, *Spergula arvensis*, *Erodium cicutarium*, *Brassica campestris* &c. 4) in aquis *Scirpus lacustris*, *Arundo phragmites*, *Lobelia*, *Sparganium natans* ultra orgyale, *Nymphææ*: 5) in paludibus, *Scirpo cæspitoso* immixtæ, *Schæni*, *Carices*, *Eriophora*, *Andromeda polyfolia*, *Scheuchzeria*, *Sphagnum* ut reticeam. Montes nullas fere proprias gignunt stirpes. Reliqua florula infra indicabit.

Plantæ ceterum in hac regione perquam vulgares, alibi rariores, sunt *Lycopodium inundatum*, *Galium saxatile*, *Cornus Suecica*, *Scirpus fluitans*, *Spergula subulata*, *Gentiana Pneumonanthe*, *Osmunda regalis*, *Pilularia globulifera*, *Blechnum boreale*, *Equisetum umbrosum*, *Stellaria longifolia*, *Orchis albida*, *Pisum arvense*, *Hypochæris radicata*.

Quamvis sint minus frequentes, etiam inter cives insigniores citandæ *Epipogium*, *Imperatoria*, *Pedicularis Sceptrum carolinum*, *Mentha odorata*, *gentilis*, *Hypochæris glabra*, *Carex microstachya*, *Funcus stygius*, *Botrychium matricarioides* Willd.

Intra Smolandiæ occidentalis limites ceterum vegetatio admodum uniformis; pauperrima tamen circa fontes fluviorum primariorum in territorio Mo, parœc. Byarum, Bonstorp &c. in territorio Östbo; deinde secus fluvios præcipue majores! Nissam & Lagam. Quo magis ab his remota sunt loca, quo altius supra aquas adjacentes posita, in genere eo fertiliora. Sic v. c. in territorio Mo totam planitiem circa Nissam fluvi-

um tegit sabulum longe sterilissimum, cum e contrario vertex montis altissimi (Isaberg) pro solo maxime fertili habetur. Plura ejusdem generis exempla afferre possem pagorum fertilium in jugis positorum, cum alii ad eorum radices ob humum parciorem vegetatione omni respectu viliori gaudent. Hujus sterilitatis causa videtur indoles montium in genere & centralium in specie, qui e saxo fatescente cinguntur sabulo copiosissimo. Ad horum radices prorumpunt Nissæ & Lagæ fontes, quarum aquæ secum forsantulerunt sabulum omnibus locis adjacentibus planis & depressis (non turfosis) superfusum. Arenosi quoque sunt plurimorum lacuum fundi, hinc & ripæ, quo serius ab aqua derelictæ, eo steriliores. Nec temere coningere videar, majorem olim (magna enim adhuc) provinciæ partem fuisse inundatam v. c. paludes vastissimas turfosas (nunc vegetationi maxime nocent frigore & pruïnis vernalibus, quibus etiam ripæ fluviorum valde infestæ) & arenosas convalles. Considerantes enim aquarum alveos, videbimus terram, ceterum colliculosam & inæquabilem, leviter solummodo versus mare declivem, lacuum & paludum formationi admodum faventem, præcipue cum secus Hallandiæ fines jugo elevato, aquas coercente, cingatur. Hoc jugum fluvii majores (minores ad hos convergunt*) so-

*) Hæ non directè, sed per longas ambages ad mare tendunt. Sic v. c. *Krokå* in par. *Wrå &c.*,

lummodo perrumpunt. Horum via nondum aperta, magnam provinciæ partem submersam fuisse necesse est. — Ex hac soli indole sterilitas deducenda videtur.

Quæ ceterum observantur vegetationis varietates a situ magis boreali l. australi pendunt. Sic in australi parte *Carpinus Betulus* terminum borealem, *Betula nana* australem; in media *Fagus* borealem & in boreali *Alnus incana* australem limitem attingunt. De herbis simile minus evidenter observatur. Adesse ceterum loca magis minusve herbosa in regione tantæ amplitudinis, vix est quod mentionem.

Quamvis plurimas hujus regionis plagas visitaverim, completam illius Floram tradere non ausus sum ob plantarum alibi vulgariū loca specialissima, quæ ulteriorem requirunt indagationem. Tradam vero catalogum, ut spero maxime absolutum, (per plures enim annos diligentissime quærens, nullam non lectam plantam phanerogamam reperire potui) stirpium Agri Femsionensis ceterasque in Smolandia occidentali a me observatas in appendice l. notis afferam.

Parœcia Femsjö non male ut typus vegetationis Smolandicæ occidentalis proponitur.

Fylleå & aliæ intra Hallandicæ fines oriuntur, sed plura sæpe milliaria intra Smolandicæ fines (jugum citatum) labuntur priusquam cum fluviiis majoribus ad mare perveniunt.

Sita est in extremo angulo australi-occidentali gubernationis Junecopensis, in Kronobergensis & Hallandiæ conterminis, sub 31 longitudinis & 57 latitudinis gradu. A septentrione ad meridiem extensa $1\frac{1}{2}$ milliar. Suec. ; ab oriente ad occidentem 1 mill., sed tota superficies circiter $\frac{3}{4}$ mill. quadratum. Aquæ & paludes dimidiam fere partem occupant ; e parte orientali-meridionali in Fyllam, e boreali-occidentali in Nissam diffluunt. Monticulis & jugis humilioribus frequenter est variegata pinetis & fagetis vastis tegitur ; rara sunt loca calva. Exigua terræ pars culta est. prata potius ericeta facile diceres, hinc domicilia segregata & incolarum numerus ad 600 non accedit. Interea immixta sunt loca fertilia & botanico respectu notanda præcipue fagetum declive scaturiginosum ad Ålmås & prata fertilia ad Bökeberg. In his tantum observatur *Scirpus silvaticus*, *Paris quadrifolia*, *Parnassia palustris*, *Geum rivale*, *Hepatica triloba*, *Salix livida*, unica arbor *Ulmi* & *Salicis phyllicæfoliæ*, *Struthiopteris europæa*, plantæ ceterum in hac regione rarissimæ. In fageto ad Ålmås luxuriant *Carex remota*, *elongata*, *microstachia*, *Hieracium murorum*, *Menyanthes trifoliata paradoxa*, *Fungermannia tomentella*, *Hypnum longirostre*, *silesiacum* & stirpes cryptogamæ numerosissimæ.

His præmissis ipse sequitur catalogus. Brevitatis studio f. frequenter, p. passim & r. raro obviam stirpem indicat.

DIANDRIA 1)

Circa alpina. p.	— fuscus. f.
Veronica officinalis. f.	Scirpus cæspitosus, Nimius.
— chamædrys. p.	— Bæotryou. p.
— scutellata. f.	— palustris. f.
— serpyllifolia. f.	— acicularis. r.
— agrest. (versicolor) p. 2)	— fluitans. r. 4)
— arvensis. p.	— lacustris. f.
— verna. f.	— silvaticus. r.
Pinguicula vulgaris. f.	Eriophorum alpinum p.
Utricularia media. f.	— vaginatum f.
— minor. r.	— angustifolium. f.
Anthoxanth. odoratum. f.	— latifolium. p.
	Nardus stricta. f.
	Panicum viridè. p.
	Phleum pratense. β. p.
	Phalaris arundinacea. r.
	Alopecurus geniculatus. p.
	Agrostis spica venti. p.
	— canina. f.
	— rubra (vulgaris) f.

TRIANDRIA.

Valeriana officinalis. r. 3)	
Montia fontana. p.	
Schœnus albus. f.	

1) Monandra *Hippuris* variis locis Smol. occidentalis ceterum lecta, & raro *Ver. spicata*, in agro Femsionensi non obvia.

2) *V. agrestis* Linn. *Suec. n.* 20 est *V. versicolor* Nov. *Fl. Suec. p.* 63 (ut loco citato jam indicavimus, sed novum addidi nomen, ut, hoc synonymo addito, non amplius titulus sit vagus) *V. pulchella* Bernh., *Dec. Fl. Fr. Suppl.*, *V. persica* Spreng. *Syst. Veg. I. p.* 76 (ex syn.). Ab hac diversæ sunt:

1. *V. agrestis* *Fl. Dan. t.* 449! *Engl. Bot. t.* 783, *Decand. Fr. & plurr. Auct.*, quæ *V. polita* Fries l. c. (Sprengel l. c. cum *V. opaca* jungit & *V. agrestem* dicit).

2. *Veronica persica* *Fr. l. c.* est *V. Buxbaumii* Spreng. *Syst. Veg. I. p.* 75 cum syn.

3) Adsunt adhuc in Smoland. occid. ex hac classe *Arun-do stricta*, *Elymus arenarius* ad litora Lagæ.

4) v. c. Hållsdammen ad Femiö. Ceterum multo copiosior in adjacentibus parœciis Unnaryd, Jälluntofta, Kållerstad, Långaryd &c.

— stolonifera (alba) r. 5)	— brevis. r.
Arundo epigejos. r.	— elatior. α . β . r.
— silvatica. f.	— pubescens. f.
— calamagrostis. p.	— pratensis. r.
Phragmites Arundo. f.	Lolium temulentum, r.
Aira cæspitosa r.	— arvense. f.
— flexuosa. f.	Triticum repens. f.
Molinia cœrulea. f.	
Melica nutans. p.	TETRANDRIA 7)
Holcus lanatus. r.	
Triodia decumbens. f.	Scabiosa succisa. p.
Briza media. r.	— arvensis. p.
Poa pratensis. f.	Cornus suecica. f.
— trivialis. p.	Sherardia arvensis. f.
— angustifolia. r. 6)	Galium palustre. f.
— nemoralis. r.	— saxatile f. 8)
— annua. f.	— uliginosum. p.
Glyceria fluitans. f.	— verum. p.
Festuca ovina. f.	— boreale. f.
— rubra. f.	— aparine. f.
Dactylis glomerata. <i>Advena.</i>	— purium. p.
Bromus pratensis. Flor	Plantago major. p.
— mollis. p. (Hall. p.	— lanceolata. f.
Avena strigosa. f.	Alchemilla vulgaris. β . f.

5) De nominibus harum Linnæanis Wahlenbergio omnino assentimur, præcipue *A. stolonifera* nullo modo in dubium vocari potest. *A. stolonifera* Fr. Nov. eadem quoque est, panicula undique hispida solummodo recedens.

6) *Poa serotina* Ehrh.! *Gram. n. 82*, Upsaliæ lecta, omnino ad hanc s. *P. fertilem* Host, *Mertens Deutschl. Fl. p. 614* pertinet.

7) Adunt ex hac classe adhuc in Smol. occident. maxime boreali *Gal. trifid.* & max. australi *Alchem. Aphanes*, ceterum *Pot. rufescens, pusillum, lucens* & *Bulliarda aquatica* (Tillæa L., Bull. Linnæi & Schkubrii Spreng. *Syst. I. p. 497*).

8) *Gal. palustri* proximum (nec uliginoso); ab illo differt fere ut *G. silvestre* ab *G. uliginoso*.

Potamogeton natans. f. 9)	Chenopodium Bonus Hen-
— perfoliatum. r.	ricus. r.
Sagina procumbens. f.	— album. f.
Radiola millegrana. p.	— glaucum. r.
	Atriplex angustifolia. (ad-
PENTANDRIA. 10)	vena)
	Ulmus campestris. Unica
	arbor!
Myosotis arvensis. f. 11)	Hydrocotyle vulgaris. f.
— palustris p.	Selinum palustre. f.
Verbascum nigrum. rariss.	Angelica silvestris. p.
Lysimachia vulgaris. p.	Imperatoria Osthrutium. p.
— thyrsoflora. f.	Chærophyllum sativum. r.
Menyanthes trifoliata. f.	Carum carvi. p.
— β . paradoxa. r.	Pimpinella saxifraga. p.
Gentiana campestris. p.	Viburnum Opulus. r.
— Pneumonanthe. f.	Parnassia palustris. r.
Campanula rotundifolia. f.	Drosera rotundifolia. p.
Lonicera Periclymen. r.	— longifolia. f. 13)
Hedera Helix r. 12)	— intermedia. f.
Rhamnus frangula. p.	Linum catharticum. r.
Ribes rubrum. advena.	

9) Exiguus Potamogetorum numerus in regione aquis scatente harum puritatem & frigiditatem aperte testatur.

10) Præter enumeratas legimus in Smol. occid. *Symphysum*, *Hottoniam*, *Campanulam persicifoliam*, *Aethusam*, *Armeriam vulgarem*.

11) Nullæ adsunt e recentius distinctis speciebus *Myosotis* & cum vegetationis conformitate convenit nullas adesse species affines; immo plantæ alibi maxime variantes semper in regione nostra ob omni varietate immunes sunt.

12) Singularis hujus proventus, in paludibus silvarum tota obiecta, ut folia solummodo hinc inde emergant.

13) A sequente speciem esse distinctissimam omnes, qui vivas comparaverint, consentiunt. Levioris tamen momenti sunt characteres e stylosum & valvularum numero desumpti. Harum varietas forsitan effecit, ut adhuc a nonnullis conjungantur.

HEXANDRIA 14)

- Narthecium ossifragum. f.
 Convallaria majalis. f.
 — Polygonatum. p.
 — bifolia. f.
 Acorus calamus. r. (adven.?)
 Juncus communis. α . effusus
 — β . conglomeratus. f.
 — filiformis. f.
 — squarrosus. f.
 — articulatus. p.
 — supinus. f. 15)
 — β . fluitans.
 — stygius. r.
 — bufonius. p.
 Luzula pilosa. f.
 — campestris. p.
 Peplis Portula. f.
 Rumex obtusifolius. L. r. 16)
 — domesticus. f.
 — Acetosa. f.

- Acetosella. f.
 Scheuchzeria palustris. f.
 Triglochin palustre. p.
 Alisma Plantago. r.

HEPTANDRIA.

- Trientalis europæa. t.

OCTANDRIA 17)

- Epilobium angustifolium. f.
 — montanum. f.
 — tetragonum. p. 18)
 — virgatum. r.
 — palustre. f.
 Vaccinium Myrtillus. f.
 — Uliginosum. f.
 — Vitis idæa. f.
 — oxycoccus. f.
 Erica vulgaris. Nimia!
 — tetralix. f.
 Polygonum amphibium
 (fluitans tantum) r.
 — lapathifolium. f.

14) In Smol. occ. satis frequens est *Convall. verticillata*, & *C. multiflora* semel visa ad Femsjö, sed sterilis. Occurrant quoque uno alterove loco *Ornith. minimum* (*O. spathaceo* nullo modo affine) & *Allium scorodoprasum*, sed advenæ una cum *O. umbellato*, *Tulipa silvestri* &c.

15) *J. setifolius Ehrh.*! *Gram. n. 86* & forsan restituendum aptissimum hoc primi inventoris nomen. — *J. acutiflorus*, *nodulosus*, &c. apud nos non occurrunt.

16) *R. silvestris Wallr.*, quem in *Nov. Fl. Suec.* pro Linnæano declaravi.

17) Nec plures adsunt in Smol. occid., si addideris *Adoxam moschatellinam* & *Polyg. viviparum* in plagis maxime elevatis. Hæc enim stirps ab australi Suecia exul.

18) Occurrit revera in locis siccis adustis silvarum, cum sequens incolat fontes frigidos.

— Hydropiper. f.
 — aviculare. f.
 — Convolvulus. p.
 Paris quadrifolia. r.

DECANDRIA 19)

Monotropa Hypopithys. f.	Scleranthus annuus f.
Pyrola rotundifolia. r.	Dianthus deltoides. r.
— chlorantha. p.	Cucubalus Behen. p.
— media. f.	Silene rupestris. r.
— minor. p.	Stellaria graminea. f.
— secunda. f.	— longifolia. f. 20)
— umbellata. r.	— uliginosa. p.
— uniflora. r.	— media. f.
Andromeda polifolia. f.	Arenaria trinervia. p.
Arbutus uva ursi. f.	— serpyllifolia. r.
Chryso-splen. alternifol. f.	— rubra. r.
	Agrost. Githago. Advena.
	Lychnis flos cuculi. p.
	— viscaria. r.
	Cerastium viscosum. r.
	— vulgatum. Fl. Dan. t.
	1645. f. 21)
	— semidecandrum. f.

19) Adde, ut Smol. occid. cives, *Ledum*, *Stellariam palust.*, *Lychnem pratensem*, *Sedum annuum* — sed nulla adest *Saxifraga* &c.

20) Species apud nos pervulgata, eodem gaudens solo ac *Pyr. media*; sed etiam in paludosis cum *S. uliginosa* mixta occurrit.

21) *Cerastia*, ut optime ceteras plantas Linnæanas, e locis natalibus non extricavit Cel. Wahlenberg. Collatis vero horum fontibus vix nobis dubium videtur, quin sit

a) *Cer. vulgatum* Fl. Dan. & Wahl. = *Cerastium viscosum* α . *Linn. Suec. n.* — *Smith, &c.* Linnæo, primam floræ Suecicæ editionem edituro, planta vulgatissimo ignota esse non potuit. Ceterum *C. viscosum* ut lapponicum indicat & *C. vulgatum* ibidem solummodo adest!

b) *C. viscosum* Wahl. & Fr. = *Cerast. viscosum* β . *Linn. Suec. l. c.* Est hæc planta præcedenti tam affinis, ut sensu Linnæano omnino subjungenda. Nisi ad hoc referimus, in nullum quadrat hæc Linnæana varietas, loco Celsiano obvia.

c) *C. vulgatum* Linn. l. c. planta est australior, primum a *Löflingio* in Hispania detecta, cujus descriptio perti-

Spergula arvensis. f.
 — subulata. p. 22)
 Sedum Telephium. r.
 — acre. r.
 Oxalis acetosella. fr.

DODECANDRIA.

Lythrum Salicaria. p.
 Euphorbia Helioscopia. p.

ICOSANDRIA 23)

Prunus inuitia. r.
 Sorbus aucuparia. f.
 Pyrus Malus.
 Spiræa Ulmaria. f.
 Rosa canina. β . opaca. p.
 — γ . collina. r.
 — coriifolia. p.
 — tomentosa. p.
 Rubus corylifolius. r. 24)
 — idæus. f.
 — saxatilis. f.
 — chamæmorus. f.
 Fragaria vesca. f.
 Potentilla anserina. r.

— argentea. p.
 Tormentilla erecta. f.
 Comarum palustre. f.
 Geum urbanum. p.
 — rivale. rariss.

POLYANDRIA.

Nymphaea alba f. 25)
 — lutea. f.
 Tilia microphylla. p.
 Aconitum intermedium. r.
 Aquilegia vulgaris. 26)
 Trollius europæus. r.
 Galtha palustris. p.
 Ranunculus flammula. f.
 — β . reptans. f.
 — auricomus. Bis visus.
 — bulbosus. p.
 — acris. f.
 — repens. f.
 Anemone nemorosa. f.
 Hepatica triloba. r.
 Pulsatilla vernalis. p.
 — vulgaris. rr.
 Thalictrum simplex. p.

net ad *C. glutinosum* nostrum (Fl. Dan. t. 1211). Idem e flore tempore *C. vulgatum* Smithii. In hoc quoque quadrat solummodo *C. vulgatum* L. Suec. n. 415 & quoad descriptionem & locum natalem (supra Scania rarisime visum. Præcedentia jungi possent, sed nunquam hoc cum uno alterove. Nisi propria species, est *C. semidecandrum* optime explicatum.

d) *C. strigosum* Fr. Nov. est *C. brachypetalum* Decand.

22) Flores sub anthesi erecti, fructiferi cernui.

23) Ceterum in Smol. occid. *Cratægus oxyacantha* β .
 Rosa spinosissima.

24) Caulis apud nos semper erectus apice arcuatus.

25) Crescunt ex hac classi insuper in Smol. occid. *Chelidonium*, *Actæa*, (unico loco); *Thalictrum flavum*.

26) Hæc & antecedens advenæ sunt.

Calla palustris. 27)

DIDYNAMIA. 28)

Ajuga pyramidalis. r.	<i>J. curta.</i> p.
Mentha gentilis. r. 28 b)	Melampyrum pratense. f.
— arvensis. p.	— silvaticum. p.
Elsholtzia cristata. <i>Adven.</i>	Rhinanthus major. p.
Glechoma hederacea. p.	— minor. f.
Lamium purpureum. f. 29)	Pedicularis palustris. f.
Galeopsis Ladanum. f.	— silvatica. f.
— Tetrahit. f.	Antirrhinum Linaria. p.
β. pallens. p.	Scrophularia nodosa. p.
γ. versicolor. f.	Linnæa borealis. <i>Abunde.</i>
Stachys palustris. p.	TETRADYNAMIA 30)
Thymus Serpyllum. r.	Subularia aquatica. r.
Prunella vulgaris. p.	Draba verna. p.
Scutellaria galericulata. p.	Camelina sativa. p.
Lycopus europæus. p.	Thlaspi arvense. p.
Euphrasia officinalis β. p.	— Bursa Pastoris. f.
γ. gracilis. f.	Cardamine pratensis. f.
	— amara. p. 31)
	— hirsuta. β. 32)

27) Locus hujus plantæ in System. sexuali difficilis. Ad Polyandriam retuli ob stamina indefinita, sed quoad affinitatem in Hexandria bene collocavit Cel. Hartman.

28) Præter enumerandas adsunt in Smol. occid. *Mentha Agardhiana*, *M. aquatica*, *M. odorata*, *Pedicularis Scryptum Carolinum* (ad Mosle in par. Vernamo), *Euphrasia Odontites*, sed vix *Clinopodium*, nullibi *Origanum*, *Thymus Acinos* l. Labiatae ruderales.

28 b) *M. aquatica sativa* colitur.

29) In par. Unnaryd &c. occurrit hujus varietas foliis magis rotundatis, fere reniformibus, quæ tam a *L. amplexicauli*, quam *L. intermedio* distinguenda.

30) In Smol. occid. etiam lectæ *Barbaræa vulgaris* & subinde *Myagrum paniculatum*.

31) Varietas *hirsuta* apud nos præcipue obvia.

32) Hæc, quæ *C. silvatica* Dec. Syst. Nat. II. p. 259. semel maxima copia paludem silvaticam obvelavit. Immixta erant nonnulla specimina glabra (*C. intermedia*

<i>Arabis Thaliana</i> , rr.	<i>Trifolium repens</i> , f.
<i>Turritis glabra</i> , rr.	— <i>pratense</i> , p.
<i>Erysimum Cheiranthoides</i> , p.	— <i>flexuosum</i> , f.
<i>Brassica campestris</i> , p.	— <i>arvense</i> , r.
<i>Raphanus raphanistrum</i> , f. 33)	<i>Lotus corniculata</i> , f.
MONADELPHIA 33 b)	
<i>Erodium cicutarium</i> , f.	<i>Hypericum perforatum</i> , p.
<i>Geranium Robertianum</i> , p.	— <i>quadrangulare</i> , f.
DIADELPHIA 34)	
<i>Fumaria officinalis</i> , p.	<i>Scorzonera humilis</i> , f.
<i>Polygala vulgaris</i> , f.	<i>Leontodon Taraxacum</i> , p.
<i>Pisum arvense</i> , f.	<i>Apargia hispida</i> , r.
<i>Orobus tuberosus</i> , f.	— <i>autumnalis</i> , f.
<i>Lathyrus pratensis</i> , rr.	<i>Hypochaeris maculata</i> , f.
<i>Vicia cracca</i> , p.	— <i>radicata</i> , f.
— <i>angustifolia</i> , f.	— <i>glabra</i> , r.
<i>Ervum hirsutum</i> , p.	<i>Hieracium Pilosella</i> , f. 36)

Fl. Dan. t. 1762) *C. umbrosam* Dec. etiam hujus loci nulli dubitamus. Pubescentia sola vix umquam species distinguit.

33) Sapor radicis Raphani hanc speciem a *Brassica* sapore oleraceo & *Sinapi arvensi* mox distinguit. Idem sapor genere a *R. sativo* non separandum quoque testatur.

33 b) Ad extimos Smol. occid. fines adest *Geran. silvaticum*.

34) Ad montes altiores Smol. occid. superioris crescunt *Astragalus glycyphyllus*, *Vicia cassubica*, *Trifol. procumbens* erectum.

35) Smolandiam occid. quoque incolunt *Cnicus heterophyllus*, *Senecio Jacobææ*, *Centaurea Scabiosa* advena.

36) Hæc species præ ceteras apud nos polymorpha. Varietates in *Nov. fl. Succ. p.* 73 descriptæ in agro nostro lectæ sunt. Var. δ . præcipue memorabilis, facile pro specie propria habenda, utpote & cultura & in statu spontaneo constans; sed cæspites illius *Pilosellæ* & *Auriculæ* immixti, ut pro hybrida prole omnino habentur.

— auricula. f. 37)
— præmorsum. rr.

— murorum r. 38)

di. Quoad singulas partes inter utramque speciem media & dantur individua, in quibus *H. auricula* & *Pilosella* omnino confluant.

37) Cum Cel. Hartman dubitans *Hier. collinum* Gochn. ad hoc retulit, illius specimen non viderat. Est enim nullo modo *H. auriculæ*, sed *Hier. cymoso* affine & forsan hujus varietas, sensu nempe latissimo, in quo hoc nomen a me *Nov. fl. Suec.* sumitur, *H. cymosum!* verum (plane cum Reich. icon. t. 17. f. 39 conveniens) *H. fallax*, Dec. (β . l. c.), *H. echinoides* Waldst. & Kit. (γ . l. c.), *H. dubium* L. (δ) &c. complectens. Ut omnes citatæ *H. cymosi* varietates tantum in orientali Suecia occurrit. — *Hierac. cymosi* nomen prætulit *H. dubii* plurimas ob rationes, v. c. *H. cymosum* L. est forma hujus species optime explicata & speciei typus; *H. cymosi* nomen aptius est, cum *H. dubium* vagum & perse & per diversissimam Auctorum interpretationem; *H. cymosum* ab ipso Linnæo pro certa, *H. dubium* pro amphibolia planta habetur e. s. p.

38) Jam 1818 & 1819 in *Nov. fl. Suec.* & *Flora Hall.* sequentia Hieracia extricare studuimus. Judicium nostrum de vexatis his plantis a recentioribus controversiis minime infirmatum vidimus, potius ex his illud tandem probatum auguramur. *Hier. murorum*, quale apud nos & ubique in Suecia meridionali sub tegmine tantum Fagi occurrit optime explicatum, admodum laxum & luteovirens ab *H. vulgato* non potest non distingui. Hoc est *H. murorum* Smith & Exterior., & var. β . *Linn. Suec. n. 701*. Sed anno præterlapso aliam in Suecia media legi formam frequentem (& ex spec. Cl. Læstadii per totam Norrlandiam vulgarem) minorem, rigidorem, foliis ovatis, quæ omnino cum *H. vulgato* confluere videtur, quamvis ob caulem, folia membranacea glanduloso-dentata & inflorescentiam ad *H. murorum* pertineat. Hæc est *H. murorum* α *Wahl. Ups.* & sub *H. murorum* α certe etiam a Linnæo comprehensa, ut nulla ratio adsit hoc nomen ad sequens transferendi. Cum autem, mea ex sententia, forma optime explicata, quando nempe spontanea, ut speciei typus proponenda, equidem ita dispono hujus formas: *H. murorum* α .) majus, laxius, foliis basi laciniatis. *H. muro-*

— vulgatum. f. 39) | — umbellatum. p.

rum. *Auct. Exter. omn.*, *Fries Hall.* *H. murorum*. β . *Linn.* — *Australe & nemorosum*. β . minus, rigidius, foliis subovatis. *H. murorum* α . *Wahl.* (etiam *Linn.* pro parte) — *Boreale & collinum*.

Ubi hæc forma solum occurrit ad mentem *Wahlenbergii* (in *Fl. Ups.* scilicet) cum *H. vulgato* forsam (?) conjungi posset, sed non apud nos. Plura enim citare possumus exempla specierum, quæ in altera regione distinctissimæ, in alia formis intermediis junguntur v. c. *Ajuga alpina*, ipso teste *Cel. Wahlenbergio*. Præcipue versus septentrionem, velut longitudinis gradus convergentes, species affines magis magisque sese appropinquantur. Inde pendent diversorum Auctorum v. c. *Linnaei & Halleri* judicia diversa de plantis, quamvis uterque naturam fideliter & feliciter observaverit.

Ad hoc proxime accedit *H. diaphanum*, (*H. silvaticum* *Smith. E. B.*); differens exacte ut *H. boreale* a *H. vulgato*.

39) De hac specie conferas *Nov. fl. Suec. p.* 76; synonymon vero *Linnaeanum* ex parte & forsam majore jure ad *H. murorum minus* referas, cum var. γ . *Linn. Suec. l. c.* certe huc pertineat. Est *Hier. murorum* β *Wahl. Ups.*, *Plurimorum Auctorum & Fl. Dan. H. silvaticum*, sed nec *Smith*, nec *Wahlenbergii*, nec *Willdenowii*, cujus est verum. Nostrum nomen præferendum videtur *H. Lachenalii* *Gmel. H. maculati* *Smith &c.* — Varietates notabiles videas l. c. præcipue δ . *tridentatum*, passim apud nos obvium, ad *H. boreale* (ut *murorum minus* ad *vulgatum*) formis intermediis abit. — Nec ad *H. boreale* refero hanc formam, non minus ob characteres, quam ob locum natalem, in quo *H. vulgato* immixtum & evidenter ab eodem enatum.

H. boreale *Fr. l. c.* & in *Horn. Oec. pl.* (*H. sabandum* *L. Suec. — Fl. Dan.*) est quoad specimina a *Cl. Læstadio* misa *H. silvaticum* *Wahl. Fl. Lapp. excl. syn.* (an *H. murorum* γ . *Fl. Ups.* etiam hujus sit loci, dubium est, cum in diversis operibus diversam sub hoc nomine intelliget plantam) — Postquam hanc speciem multis locis legerim in *Scania*, *Ölandia* circa *Borgholm*, *Roslagiæ* maritimis &c. de illa plenior accepit notitiam. Ut e præcedentibus etiam hujus duplex adest forma (levioribus omissis), quarum altera calyce piloso, *H. vulgatum* δ referens (*H. rigidum* *Hartm.*); altera calyce gla-

Crepis tectorum, f. 40)	Filago montana, f.
Sonchus oleraceus, f.	-arvensis, r. <i>Cf. Nov. fl. Suec.</i>
- arvensis, r.	Erigeron acre.
Prenanthes muralis, p.	Senecio vulgaris, f.
Lapsana communis, p.	- silvaticus, f. 42)
Carlina vulgaris, rr.	- viscosus, <i>Adven.</i>
Arctium Lappa, p.	Solidago Virgaurea, p.
Serratula arvensis, p.	Arnica montana, f.
Cnicus palustris, f.	Chrysanthemum seget. p.
- lanceolatus, p.	- Leucanthemum, f. 43)
Carduus crispus, <i>Adven.</i>	- inodorum, <i>Adv.</i>
Bidens cernua, p.	Matricaria (Chamom. p.
β. radiata, p.	Anthemis arvensis, p.
- tripartita, r. 41)	Achillæa Millefolium, f.
Artemisia Absinthium, p.	Centaurea Jacea, p.
- vulgaris, <i>Nimia.</i>	- Cyanus, <i>Culta!</i>
Gnaphalium dioicum, f.	Jasione montana, fr.
- silvaticum, p.	Lobelia Dortmanna, fr.
- uliginosum, p.	Viola palustris, f.

brusculo, H. umbellato accedens (*H. Friesii* Hartm.).
 — Contigua hoc modo deduci potest series ab *H. murorum* a per *H. m. β.* (*H. vulgato-murorum*) ad *H. vulgatum* a, ab hoc per *H. v. δ.* (*boreali-vulgatum*) ad *H. boreale*; ab *H. boreali* ad *H. umbellatum*; sed exinde hæ species minime in unam jungendæ. (*Cel. Wahlenb.* tres priores ut varietates in *Fl. Ups.* distinguit). — Omnia, quæ hoc modo confluere videntur, commiscere non licet; perperam ob similes rationes conjungeres *Circæam alpinam & lutetianam*, *Geum urbanum & rivale*, *Cnicum oleraceum & acaulem*.

40) Apud nos sæpius occurrit forma gracilior (*Cr. stricta* Schulz.) inter segetes.

41) Folia apud nos semper integra.

42) Mira copia secundo jam anno post silvarum incendia omnia loca deusta una cum *Filagine montana* & *Crepide tectorum* obtegit, quamvis antea nulla in vicinia observata sit planta.

43) Semper glaberrimum; sed in regionibus formationis transitionis sæpius hirsutum.

<i>β. uliginosa.</i>	— leucoglochin. f.
— canina. f.	— microstachia 46)
— tricolor. f.	— leporina. f. 47)
	— stellulata. f. 48)
GYNANDRIA.	— canescens. f. 49)
<i>Orchis bifolia.</i> p.	— elongata. r. 50)
— maculata. f.	— remota. r.
— conopsea. r.	— flava. f.
— albida. p.	— Öderi. p. 51)
<i>Neottia repens.</i> f.	— distans. Sm. f. 52)
<i>Listera cordata.</i> p.	— panicea. f.
<i>Malaxis paludosa.</i> r.	— limosa. p.
<i>Corallorhiza innata.</i> r.	<i>β. irrigua.</i> p.
<i>Epipogium aphyllum.</i> rr.	— pallescens. p.
	— montana. p. 53)
MONOECIA 44)	— præcox. f. 54)
<i>Callitriche verna.</i> cum va-	— ericetorum. f.
rietat. f.	— pilulifera. f. 55)
<i>Carex dioica.</i> f. 45)	— digitata. p.
— pulicaris. p.	— filiformis. f. 56)

44) Reliquæ Smol. occid. cives sunt: *Lemna minor*, *Carex chordorrhiza*, *Buxbaumii*, *vesicaria*; *Alnus incana*, *Carpinus Betulus*, ultime parcissime.

45) Occurrit sæpe spicis androgynis.

46) Ad Älmås *Ehrh.!* *Cal. n. 9.*

47) In umbrosis tota albescit (*Carex argyroglochin Fl. Dan. t. 1710*).

48) *C. echinata. Ehrh.!* *Cal. n. 68.*

49) *C. tenella. Ehrh.!* *Cal. n. 98.*

50) *C. multiculmis. Ehrh.!* *Cal. n. 88.*

51) *Ehrh.!* *Cal. n. 79.*

52) *Ehrh.!* *Cal. n. 49. C. binervis. Wahlenb.*

53) *C. rubens. Ehrh.!* *Cal. n. 139.*

54) *C. stolonifera. Ehrh.!* *Cal. n. 99* & *C. sphaerocarpa l. c.!* *n. 89* est *C. tomentosa* Rec. — Mirum omnino est, Auctores Ehrhartum, primum tot specierum determinatorem, studio l. incuria sæpe neglexisse.

55) *C. decumbens. Ehrh.!* *Cal. n. 70.*

56) *C. lasiocarpa. Ehrh.!* *Cal. n. 19.*

— ampullacea. f. 57)	— Abies. f.
— acuta. r.	
— cæspitosa. f.	DIOECIA 60)
Sparganium ramosum. r.	Salix pentandra. p.
— simplex. p.	— fragilis <i>Adv.</i>
β. fluitans. 58)	— phyllicæfol. rr. 61)
— natans. f.	— bicolor. α. β. r. 62)
Littorella lacustris. f.	— Capræa. f.
Urtica urens. f.	— cinerea. r.
— dioica. f.	— aurita. f.
Myriophyllum tenellum.	— plicata. p.
<i>Fl. Hall.</i> — f.	— viminalis. <i>Adv.</i>
Alnus glutinosa. f.	— fusca. f.
Betula alba. f.	β. repens. f.
β. B. pubescens. f.	Empetrum nigrum. f.
γ. B. glutinosa. Wallr.	Myrica Gale. f.
p. 59)	Populus tremula. p.
— nana. rr.	Juniperus communis. f.
Corylus avellana. f.	
Quercus Robur. f.	POLYGAMIA.
Fagus silvatica. f.	Fraxinus excelsior. p.
Pinus silvestris. <i>Nimia.</i>	Acer Platanoides. p.

57) *C. obtusangula*. Ehrh. ! *Cal. n.* 50, qui etiam hanc primus distinxit a *C. vesicaria* Ehrh. ! *Cal. n.* 60.

58) In limosis silvarum frequens. Vulgo ad *S. natans* rejicitur ob folia primo decumbentia natantia, sed ubi aqua exsiccata omnino in *Sparganium simplex* abit.

59) Memorabiles hæ varietates, jam a Lindero notatæ, mixtæ occurrunt; ut species distinctæ vix proponendæ.

60) Ex hac classe adsunt in aliis Smol. occid. locis *Humulus lupulus*, *Viscum album*, *Hydrocharis*.

61) Ad pagum Râbult aliam legimus Salicem sterilem, quæ quoad folia cum *S. laurina* omnino convenit.

62) Certum est Ehrharti! synonymon: Nomen *livida* Wahl. igitur varietati a) servandum; non autem quadrat in var. β. *cinerascentem* eodem loco obviam.

CRYPTOGAMIA 63)

FILICES.

Polypodium vulgare. p.

— Phegopteris. f.

— Dryopteris. f.

β. verticale.

Aspidium Thelypteris. r.

— cristatum. r.

— spinulosum. f.

— filix mas. f.

— filix fem. f.

— fragile. p.

Woodsia ilvensis. p.

Asplenium Trichomanes. p.

Pteris aquilina. f.

Struthiopteris europæa. r.

Blechnum boreale. p.

Osmunda regalis. p. 64)

Botrychium Lunaria. f.

β. rutaceum.

— matricarioid. r. 65)

Lycopodium selago. p.

— inundatum. f.

— annotinum. f.

— clavatum. f.

— complanatum. p.

Equisetum arvense. p.

— umbrosum. r.

— silvaticum. f.

— palustre. p.

— limosum. f.

Chara flexilis. r.

Pilularia globulif. f. 66)

Isoëtes lacustris. f.

Musci.

Operculati. 67)

(Foliosi).

Hypnæi.

Fontinalis antipyr. f.

63) Adjacentibus locis etiam legimus *Asplenium septentrionale* & *Equisetum hiemale*. Ad sequ. ordines non citantur stirpes adjacentis Smoland. occid.

64) Ad Ålmås copiose.

65) *B. matricarioides* Willd. speciem esse distinctissimam, at *B. rutaceum* ejusdem meram *B. Lunariæ* varietatem jam in Nov. Fl. Suec. 1814 notavimus. Hoc apud nos passim obvium, illud vero vix nisi juxta fines lectum. — Nomen vero "matricarioides" minus placeat & justius forsitan hoc rutaceum dicitur.

66) Stirps sempervirens, inhabitans aquas hieme ad fundum non congelatas. A mari sæpe remotissima, etiam in regionibus montosis v. c. in Svartå prope Sommen Ostrogothiæ a nobis lecta.

67) Quare hi κατ' ἐξοχὴν *M.* frondosi dicantur, me sane fugit. Equidem Musc. Hepaticos *frondosos* potius dicerem, & vulgo frondosos dictos *M. foliosos*. Musci enim Operculati foliis gaudent, cum Hepatici aut mera frons aut surculus pinnatus cum fronde filicum pinnata non male comparandus.

— falcata. r.	β. ? rivulare. f. 74)
Hypnum purum p. 68)	— populeum. p.
— parietinum. f.	— velutinum. p.
— proliferum. f.	— serpens. f.
— umbratum. r. 69)	— prælongum. r.
— delicatulum. f. 70)	— stellatum. f.
— abietinum. f.	β. squarrosulum. r.
— cuspidatum. f.	— squarrosulum. f.
— cordifolium. f.	— triquetrum. p.
— stramineum. f.	— loreum. f. 75)
— lutescens. r.	— palustre. r.
— albicans. r.	— uncinatum. p.
— alopecurum. f. !	— aduncum. f.
— striatum. 71)	β. revolvens. f.
— rutabulum. p.	— fluitans. f.
— riparium. f.	— rugosum. r.
— fluviatile. f. 72)	— scorpioides. f.
— piliferum. 73)	— crista castrens. f.
— plumosum. r.	— molluscum. p. 76)

68) Communis forma in silvis abiegnis; alia colore stygio in paludibus rara.

69) Muscus elegantissimus nostratium, quem vix viderint, qui cum priori confundunt. Certissime differt, monente etiam Cel. Hooker, operculo conico, foliis cordato-triangularibus, laxis, serraturis oculo inarmato fere conspicuis. Recedit etiam tota facies, sistit enim ramenta longissima (3plo majus est) decumbentia, læte viridia, ramis undique vergentibus. Crescit inter *Aspid. filicem marem* in fageto umbroso inter Älmås & Gårdsbult.

70) Copiose quotannis primo vere capsuliferum in paludosis fageti ad Älmås. Capsula deoperculata fulva, decidua, hinc ætate vix nisi setæ denudatæ observantur.

71) Ibidem ad Älmås, capsuliferum autumnno.

72) Hieme optime legitur cum capsulis.

73) Capsulæ his modo lectæ.

74) Facies a vulgari diversa, capsulæ fere semper nigricant. Copiose in saxis rivulorum.

75) Muscus vulgatissimus, ubique fructificans.

76) Apud nos legitur tantum in paludibus turfosis apricis.

- | | |
|--|---|
| <ul style="list-style-type: none"> — cupressiforme. f. β. tenue. — silesiacum. r. 77) — denticulatum. f. — undulatum. f. 78) Leskea myosuroides. f. 79) — incurvata. f. — dendroides. r. — sericea. f. — polyantha. r. — subtilis. 80) — complanata. f. — trichomanoid. p. — lucens. p. 81) | <ul style="list-style-type: none"> Neckera curtispind. f. 82) — viticulosa. r. 83) — crispa. 84) — pennata. p. Leucodon sciuroides. f. 85) Fissidens adiantoid. r. — taxifolius. p. — bryoides. r. <li style="text-align: center;"><i>Bryini.</i> Polytrichum commune. f. — formosum. r. — longisetum. f. — juniperinum. f. — piliferum. f. |
|--|---|

77) In lignis putridis ad Älmäs. Elegans Muscus & quoad folia & capsulas. Quamvis folia non exacte disticha, ad sequentia habitu proxime accedere videtur. Folia superiora tantum leviter subsecunda.

78) Ubique & uberrime fructificat apud nos.

79) Vulgaris ad paginam aversam saxorum silvestrium. Est H. myosuroides Schrad., Wahlb., sed equidem sequor determinationes b. Swartzii, qui hoc modo 1815 specimina a me missa determinavit. Cum variis locis v. c. in V. A. H. de loco natali *Pyrenoteæ incrustantis, Leprar. lacteæ* &c. disserui, haec, minime sequentem, intellexi.

80) Copiose fructificat in tectis ligneis vetustis ad Yaberg. — Affinitas summa cum H. serpente, sed capsulis eminus distinguitur.

81) Hinc inde lectum, sed copiosius in præruptis rivuli (*Söder om Yabergs Sägquarn*) ibique capsuliferum vivum.

82) Duplex sub hoc nomine in agro nostro adest forma, utraque copiose capsulifera. Altera foliis adpressis subsecundis, capsulis oblongis; altera foliis patentibus, capsulis ellipticis.

83) Capsulas nullas apud nos vidi, tantum e Scaniae paludosis.

84) Loco insolito, nempe ad truncos Fagi ad Valshult, abunde.

85) Pterogonium dubius tantum civis, sed evidenter *Muscus Hypnoideus*.

- | | |
|-------------------------|----------------------------|
| — alpinum. r. | — alpinum. p. 88) |
| — urnigerum. p. | — argenteum. p. 89) |
| — alooides. f. | Bartramia fontana. f. |
| — nanum. r. | — gracilis. r. 90) |
| Catharinea undulata. p. | — crispa. f. |
| β. minor. r. | — pomiformis. r. |
| Mnium punctatum. f. | Meesia uliginosa. r. |
| — marginatum r. | Funaria hygrometr. f. |
| — hornum. f. | Buxbaumia aphylla. r. |
| — undulatum. f. | — foliosa. f. 91) |
| — cuspidatum. p. | |
| — roseum. r. | <i>Haplostomi.</i> |
| — bimum. f. | Dicranum scoparium. f. 92) |
| — crucium. r. | — polysetum. f. |
| Gymnocybe androgyn. 86) | — Schraderi. f. |
| — palustris. f. | — longifolium. f. 93) |
| Bryum caespitosum. f. | — spurium. r. |
| — intermedium. r. | — glaucum. p. |
| — nutans. f. | — pellucidum. p. |
| — capillare. p. | — montanum. p. 94) |
| — annotinum. r. 87) | — polycarpon. r. 94) |

86) *Gymnocephalus Schwægr.* Hoc piscis homonymon paululum mutandum; ceterum inter plantas nomina melius componuntur a *κυβη*, quam *κεφαλη*.

87) Sub forma *Trentepohlia Hoffm.* apud nos solum visum; sed capsuliferum in litore ad Halmstad &c.

88) In rupibus irrigatis montis Bösseberg orientem versus setas quotannis exserit, sed capsulas vix maturat. His uberrime tegitur ad Ronneby Blekingiæ.

89) Etiam cum capsulis.

90) Tantum sterilis.

91) Ubique loca declivia fagetorum denso velamine obducit.

92) Huic generi Bryi nomen ex mente Dillenii & Linnæi potissimum tribuendum; sed nomina nunc recepta mutare in novas hallucinationes duceret.

93) In silvis nostris paludosis roridis ingens adhuc adest formarum affinium numerus.

94) Ad truncos vetustos.

- | | |
|-------------------------------|--------------------------|
| — heteromallum, p. | — Hutchinsiae, r. 99) |
| — falcatum, p. | — anomalum, f. |
| β. Starkii r. | — striatum, f. |
| — strumiferum, f. | — affine, f. |
| — ambiguum, p. 95) | β. robustum, 100) |
| — cerviculatum, p. | γ. gracilentum, 1) |
| Didymodon purpur. f. | — pumilum, p. |
| — flexicaule, r. 96) | Grimmia apocarpa, f. |
| — homomallum, f. | β. rivularis, r. |
| Tortula ruralis, f. | Weissia controvers. r. |
| Trichostomum pulvin. r. | Splachnum ampull. f. |
| — microcarpon, r. | Tetraphis pellucida, f. |
| — heterostichum, f. | <i>Anodontes.</i> |
| — lanuginosum, f. | Splachnum latifol. f. |
| — canescens, f. | β. turgidum, |
| β. ericoides, f. | — squarrosus, p. |
| — fasciculare, p. | — acutifolium, f. |
| β. secundum, <i>Ahnf.</i> 97) | β. S. subsecundum, |
| — aciculare, p. | γ. S. cuspidatum. |
| Orthotrichum crispum, f. | Schistidium ciliat. f. |
| — Ludwigii, f. 98. | Gymnostomum Ahnfeltii 2) |

95) Ad ripas limoso-glareosas annuum.

96) Locus insolitus in paludosis & ad saxa annuum, passim inundata.

97) Ad rupes nidas abunde. Caules longi, simplices, decumbentes. Folia secunda. Ad *T. patens* accedit.

98) Cf. *Grew. Fl. Scot. t. 133.* Apud nos admodum frequens. — Adsunt quoque ex agro nostro specimina, sed absque perfecto peristomio, ad *O. pulchellum* referenda. Hanc speciem in Suecia primus rite distinxit & ulterius illustrabit acutiss. *AHNFELT.*

99) Sequenti valde affine.

100) Habitu omnino convenit cum *O. specioso*. Nees.

1) In omnibus cum *O. Lyelli* Hook. convenit, si a dentium numero discesseris.

2) *G. Ahnfeltii*, simplex; foliis erecto-patentibus linearilanceolatis laxè reticulatis, nervo valido excurrente, margine incrassato remote serrulato, capsula pyriformi, operculo depresso convexo. — Pro *G. truncatuli* variet. per decennium & quod excurrit a me ha-

Phascum subulatum. 3)	— heterophylla. 6 b)
Hepatici.	— bidentata. f.
Foliolosi.	— reptans. f.
Andræa alpina. f.	— trichophylla. f.
β. subsecunda. p.	— setacea. 8)
— rupestris. r.	— ciliaris. f.
Jungerm. platyphylla. 4)	β. fluitans. r. 9)
— dilatata. f.	— Tomentella. 10)
— Tamarisci. f.	— complanata. p.
— cavifolia p 5)	— viticulosa. p.
— pallescens. 6)	— polyanthos. p. 11)
— Trichomanes. f. 7)	— lanceolata. p.

bitum, donec amicus oculatissimus, cujus nomen in solo meo natali perennet, jus erit, ut ad differentias supra laudatas, præcipue operculum exumbonatum, attendere. Tantum ad *G. fasciculare* Hook. (non Nees & Horn ch., quod in Scania vivum videre licuit), accedere videtur. Locus natalis quoque peculiaris; in humo turfosa litoris occidentalis lacus Håknasjön.

3) Tantum locis glareosis humidis in silvis. Nullum Phascum, Gymnostomum & aff. in arvis adest.

4) Unico loco specialissimo in Hågnensi rupe sub fagorum umbra. Ceterum a tota hac plaga aliena videtur. Frequens vero in Scania cum simillima *J. lævigata*.

5) Decumbens, parce ramosa, luteovirens, subtus nuda. Folia conferta, sed non imbricata, horizontalia, reniformi-subrotunda, elegantissime punctato-reticulata, basi strumosa fere. Stipulae ovatae, integerrimae. H. l. etiam *G. serpyllifolia* Dicks. & Hook. Variis locis copiosa, in rupe uda Häthagerget, ad basin truncorum Fagi & ipsam terram ad Älmås &c.

6) Tantum ad fontem prope N. Bökeberg.

6b) Rarius lecta ad truncos muscosos Betulae.

7) Stipulae (saepe desunt) ovatae, bifidae, acutae.

8) *Hook. t. 8.* Semel lecta in palude turfosa aprica.

| — complanata. p. | — maculæformis. f. |
| — Doliolum. p. 39). | — punctiformis. f. 42). |
| — Pisi. r. | — brunneola. p. |
| — Arundinis. p. | — osthruui. p. |
| — culmifraga. f. 40). | — stemmatea. f. 43). |
| — Scirpicola. p. | Dothidea (I) Ribesia. p. |
| — nigrella. r. | — friabilis. r. 44). |
| — (XXVII) tubæformis. f. | — sordida. p. 44). |
| — Gnomon. p. | — pinastri. r. |
| — setacea. f. | — pyrenophora. p. |
| — sentina. p. | — typhina. r. 45). |
| — alnea. f. | |

- 39) Grew. Fl. Crypt. Scot. t. 239, ubi prima vera sporidiorum icon analytica-
- 40) Hujus var. β . videtur *S. longa* Sow. t. 393. f. 4. Forsan prior varietas est, nam *Ostiolum platystomum* parum constans nota in aliis speciebus! Diversissima vero *S. Scirpicola*.
- 41) Qui Sphærias in natura haud observant, non facile vident quam memorabilis vegetatio superficialis, oblecta, innata, quæ tanti momenti ut subgenera inde proposui. (*S. Orb. Veg.*) Hoc opere edito invenio jam in *Cel. Grewillei* Fl. Edinensi eadem fere genera jam bene constituta v. c. *Valsa* est *Cryptosphæria* Grew!, Sphæria nobis *Cucurbitaria* Grew. &c., cujus nomina ut antiquiora præferenda.
- 42) Ruptam aliquoties vidimus & in statu evoluto *Phacidiaceam*!, ad quam familiam aliæ Sph. astomæ migrabant.
- 43) Nullam aliam adesse Depazeam, ne *D. vagantem*, certe memorabile.
- 44) PERSONO Sphæriæ, sed cum aliis potius Dothideæ.
- 45) Proxime affinis Sphæriis n. 32 - 36. S. M. & ad genus futurum, *Hypocream*, pertineat. Inter genera *Sphæriarum* proposita sed nondum a me in specialibus recepta, hoc optime distinctum, *ascis filiformibus erumpentibus!*, *peritheciis membranaceis* & tota vegeta-

- (III) rimosa. r. 46).
- filicina. p. 46).
- (IV) betulina. p.
- Pteridis. f.
- Asteroma. p.
- alnea. p.
- Vermicularia Dematium. f.
- punctiformis. r.
- trichella. r.
- ditricha. f. 47).
- Dichæna macularis. f. 48)

Cytisporæ.

- Sphæronema rufum. p. 49).
- subulatum. p.
- cylindricum. r.
- conicum. r. 50).
- pyriforme. r.
- truncatum. f.
- subtile. p.
- colliculosum. p.
- Cytispora rubescens. f. 51).

tione. Habitu quoque conveniunt; conferas velim species extremas *Hyp. militarem* & *H. typhinam* (Grew. t. 204)! — *Doth. rubra* & *fulva*, quæ in statu perfecto utique ascigeræ sunt, apud nos non lectæ.

46) Olim Sphæriæ, sed vere Dothideæ.

47) Pili *Vermiculariarum* videntur harum mycelium, de quo plura in Physiologia fungorum.

48) Genus fere Hysterinum, sed *Hypospila*, ceterum omnino simillima, peritheciis certe Sphæriæ gaudet.!

49) Hæc species a matre libera & mobilis olim proprium genus (ZYTHIA). Adest fere affinitas cum *Dacrymyce*! Vidi insuper globulum in pileum *Helotium* Auct. referentem dilatatum, sed apice pervium!

50) Hoc l. sequens *Sph. gutta*. Sow. t. 393. f. 5.

51) Nexus *Cytisporarum* & *Sphæriarum* Amphisphericarum nondum satis exploratus, ut in præsentī nil certi statuo. Cfr. *Vet. Acad. Handl.* 1818. p. 117. — Hypothesis nostra, illas alterum esse *Sphæriarum* citatarum statum, insuper confirmat analogia *Sphæriæ cinctæ*: *C. ru. descentis*. — *Sph. niveæ* & *C. chrysospermæ*. — *C. carphospermæ* & *S. ambientis*. — *Sph. salicinæ* & *furgacis*, *Sph. leucostomæ* in *S. M.* notavimus formam & *Sphæriæ* & *Cytisporæ*. Speramus omnino, ut quondam satisfaciendam hujus duplicis formæ explicationem tradere liceat. Interea genus *Cytisporæ* exinde haud dedendum, sed potius ad *Sphærias* citatas extendendum judicamus. "Certe multæ *Sphæriæ* huc olim referendæ; nam omnes minus evidentes *Cytisporæ* cives in illo genere reliqui". *S. M.* II, p. 541.

- leucostoma. r.
- chryso sperma. f.
- carphosperma. p.
- leucosperma. p.
- fugax. f.
- lanata. p.
- Septoria Ulmi. r. 52).
- Phoma salignum. f.
- Pustula. p. 53).

- Phacidiacei. 54).
- Patellaria atrata. 55).
- Tympanis Frangulae. 56).
- fraxini. r.
- Ariæ. 57).
- conspersa. r.
- Cenangium Ribis. f.
- fuliginosum. r. 58).
- ferruginosum. f. 59).

- 52) Ad Ålmås ubi annis superioribus circiter viginti Ulmi frutices vidimus.
- 53) Reliqua Cytisporiorum nova genera Syst. Orb. veg. speciebus variis nondum analytice examinatis, inter Sphærias hac vice enumeravimus.
- 54) Phacidiacei duplici ratione, sive e vegetatione plus minus evoluta, sive e perithecio varie dehiscente, disponi possunt. Illa magis physiologica, species receptaculo proprio aut cellulosa matris dissolutione tantum orto distinguens & habitu melius convenit; hæc vero magis Systematica characteres certiores offert. Utraque utilis & vario respectu celebranda. Hoc loco tantum peritheciolorum indolem respexi, unde sectiones sequentes: 1) *Patellarei*, semper aperti, 2) *Dermei*, conniventes, ore integro demum aperti, disco urceolato; 3) *Hysterini*, rima longitudinali dehiscentes, disco subcanaliculato; 4) *Phacidiei*, valvatim l. frustulatim dehiscentes, disco placentæformi.
- 55) Plures Pezizæ excipulo (l. receptaculo) duplici, exteriori nigro huc pertinent. Excipulum simplex, disco pallidius in veris Pezizis. — Forma sæpe *Hysterii*!
- 56) Genus Sphæriis propius, quam Cenangiiis accedit! Perithecia juniora Sphæriis simillima, gelatina fluxili *globifera*! demum scutellato-aperta.
- 57) Hujus status globiferus est *Sph. cotoneastri*!!
- 58) *Sph. fuliginosa. Pers.!* Triblidium difforme *Ejusd.*
- 59) Quamvis perithecium hujus sæpe laciniatim dehiscat, facillime a Tribliidiis dignoscitur, disco non placentæformi, sed undique perithecii lacinias vestiente! In omnibus Phacidieis discus a peritheciolorum laciniis discretus est.

- Erica. r.
- quercinum. f. 60.
** *Excipulae* (61).
- Rubi. p.
- Empetri. r.
- Sphaeroides. p.
- Lophium mytilinum. f.
- mytilinellum. r.
- Acidium Hysterioides.
p. 62).
- Hysterium pulicare. f.
- episphaerium. r.
- elongatum. p.
- varium. r.
- acuminatum. r.
- lineare. f.
- elatinum. f.
- degenerans. p.
- conigenum. f.

- pinastri. p.
- β. juniperinum. p.
- oxycoccus. p.
- melaleucum. f.
- scirpinum. p.
- culmigenum. p.
- tumidum. r.
- maculare. p.
- herbarum. r.
- Phacidium * *Triblidium*.
63).
- Caliciiforme. p.
- pinastri. f.
- pithyum. p.
- seriatum. p.
- ** *Phac. vera*.
- Pini. f.
- carbonaceum. r.
- turgidum. r.

60) Sunt, qui potius Hysterium putant, sed in statu rite evoluto disco latissimo optimum Cenangium. A *C. ferruginoso* genere neutiquam removeri potest; peritheciis & disci in utroque structura simillima. In ramis epidermide privis discus exacte orbicularis! Forma hujus, ut priorum compressa, utique e loco natali pendet!

61) Excipulas bene, ni fallor, Cenangiis in Syst. Myc. subjunxi. Si vero rationem habeas vegetationis Phacidiis affiniore, ob perithecium basi innatum.

62) Male cum Phacidiis jungitur; cum *Glonio* utique genus Hysterinum.

63) Triblidia a Phacidiis differunt ut Cenangia ab Excipulis, nempe perithecio integro & liberato; sed dehiscenti modus & discus idem. Hinc jam in *Scler. Suec. Exs.* cum Phacidiis conjunxi. Ob vegetationem Cenangiis, svadentibus optimis Auctoribus, in Syst. Myc. subjunxi, monens vero simul limites hoc modo deesse acutos. Ut hi stabiliantur ad Phacidia ut subgenus revocavi.

- *Andromedæ*. p.
- *Vaccinii*. r.
- *oxycoccus*. r.
- *lacerum*. r.
- *leptideum*. p.
- *coronatum*. f.
- *dentatum*. p.
- *Rubi*. r.

Rhytisma Andromedæ.
f 64).

- *salicinum*. f.
- *acerinum*. p.
- *Empetri*. r. 65).

Xylomacei. 66).

Actinothyrium graminis. p.

- Leptostroma scirpinum*. p.
- *caricinum*. r.
- *juncinum*. f.
- *filicinum*. p.
- *Spireæ*. p.
- (*Ectostroma Sedi*. p.)
- (— *Tiliæ*. r.)

GASTEROMYCETES.
67).

Angiogastres.

- Phallus impudicus*. p. 68).
- Rhizopogon luteolus*. p.
- Nidularia campanulata*. p.
- *Crucibulum*. f.
- *scutellaris*. r.

64) Eximia analogia inter *Rh. maximum* & *Cryptomyces Vauchii*. *Grew*. t. 206. Hoc vero genus inter *Phacidium Sticticum* videtur. — Porro *Sphaeria aurea* *Sow.* t. 356. cum *Rhytismate* citato comparandum.

65) *Fries in Vet. Ac. Handl.* 1819. p. 105. — Cfr. *Sommerf. Lapp.* p. 226. (ruptum), quale a me non lectum, unde in *S. M.* omissum.

66) Eximia adest analogia inter genera *Phacidiaceorum* & *Xylomaceorum* v. c. *Patellaria: Sphinctrina*, jam sub *Lichenibus* enumerata; — *Actidium: Actinothyrium* — *Hysterium: Labrella* — *Phacidium: Pilidium* — *Rhytisma: Leptostroma*: — Multi *Sphaeriaceorum* & *Phacidiaceorum* abortus *Xylomaceas* referunt & vulgo his adnumerantur.

67) Abit hæc cohors in duas sectiones eximie naturales A) *Sporidiis immersis* (*Sarcogastres*) & B) *Sporidiis intra peridium nudis pulverulentis*. (*Coniogastres*) (*S. O. V. I.* p. 125). Horum genera numquam commiscenda; sed perinde est utrum *Sclerotiaceos* l. *Sclerogastres* pone *Angiogastres*, an pone *Coniogastres* collocaveris.

68) Genus mihi omnino *Gasteromyces* videtur. Abnormis forma e *contextu vesiculoso* maxime inflato pendere videtur. Ab *Elvellaceis*, inter quos uteri discreti

— *farcita*, f.
 — *denudata*, r.
Myriococcum præcox, p.
Thelebolus stercoreus, r.
 — *terrestris*, r. 69).
Sphærobolus stellatus, f.
 — *tubulosus*, r.
Pilolobus crystall. f. 70).
 (*Sclerogastres* vide infra).

Trichogastres, 71).
 * *Sclerodermei*, S. O. V.
Elaphomyces communis, p.
Polysaccum arenarium, r.
Scleroderma aurantiac.
 f. 72).
 ** *Lycoperdinei*, S. O. V.
Bovista plumbea, p. 73).

nullum vestigium, tam quoad contextum vesiculosum!,
 quam fructificationem longe recedit.

- 69) Legimus ad cortices putridos abiernos d. 6 Mart.
 1826, in eadem silva ac *T. stercorarium* vidimus Sept.
 1813. Videntur utique perquam affines. *T. terrestris*
Sphæriam aurantiacam primo obtutu valde assimilat.
 Subiculum tenue, floccosum, primo pallescens, dein con-
 color. Sporangia irregulariter aggregata, globosa, pri-
 mo a subiculo tecta, colore pulchre aureo; vesicula tecta
Sph. omnino referunt, — *Cytisporis* affinior.
- 70) Sporangia *Piloboli*, *Sphæroboli* Sclerotiaceos omnino
 referunt. *Myriococcum* Sclerotiaceis maxime affine; tan-
 tum ob characteres externos huc relatum. — *Rhizopo-*
gon quoad vegetationem Sclerotiaceis maxime affine. —
Atractobolus Tod. mihi videtur Coccus.
- 71) Sive *Trichospermi* vulgo, sed omnium ordinum no-
 mina in — gastres optime terminantur, observante
 Cel. Wahlenberg.
- 72) Plurimæ in agro nostro obviæ Sclerodermatis for-
 mæ ad unicum speciem maxime proteam spectant. A
 vulgari vero facie maxime recedit *Scl. polyphizum*
 Symb. Gast. pallidum levissimum, sericeum, radice spi-
 thamæa, cum α) aurantiacum, squamosum, glabrum, sub-
 arrhizum; tamen certe varietas est. Nascitur in *Sand-*
lien loco maxime sabuloso & ab hac soli indole radix
 saltim pendet.
- 73) Genus omnino cum *Lycoperdine* conjungendum! —
 Nam *Lycoperdon Bovista* L, eisdem prorsus gaudet cha-
 racteribus, tantum sporidiorum colore diversum. — *Ge-*
strum nullum in agro nostro, ne in Suecia australi, um-
 quam vidimus.

- contextum. p.
- thejoteum. r.
- farinaceum. f.
- tigrinum. p.
- fulvipes. r.
- nigripes. p.
- melanopus. r.
- Physarum bivalve. r.
- piceum. r. 78).
- hypnophilum. r.
- botryoides. p. 79).
- nutans. f.
- viride. p.
- aureum. f. 80).
- aurantium. r.
- flavum. p.
- columbinum. p.
- leucophæum. p.
- Leangium stellare. p.
- umbilicatum. r.
- squamulosum. r.
- vernicosum. f.
- atrovirens. r.
- rubiginosum. r. 81).

- Craterium vulgare. r.
- leucocephalum. r.
- difforme. r.

*** *Trichiacei*. S. O. V.

- Trichia Botrytis. p.
- rubiformis. f. 82).
- badia. r.
- fallax. f.
- clavata. f.
- ovata. f. 83).
- nitens. f.
- varia. f.
- reticulata. r.
- Arcyria flava. p.
- cinerea. r.
- incarnata. p.
- vermicularis. p.
- punicea. f.
- fusca. r.
- circinans. r. 84).
- Stemonitis fusca. f.

78) Species novæ in Syst. Myc. III describendæ.

79) Hujus varietates. a) *P. hyalinum* P. b) *chalybeum* A. S. c) *flavovirens*, hinc Rev. *Sommerfeltii* nomen recepi.

80) Antecedentes tres species mihi meræ videntur varietates colore diversæ, habemus quartam *colore coccineo*, in *P. aureum* oppido transiens.

81) Hoc & plures *Gasteromycetes*, qui maxime meteorici, unica vice tantum lecti.

82) Capillitium & sporidia *punicea*, prioris *fulva*, sequentis *lutosa*; ceterum affinia sunt.

83) Varietas *T. olivacea*, Pers. Harum status immaturi exsiccati *Sclerotia* sæpe dicuntur.

84) Ambigit nova hæc species inter varia genera; potissimum novum constituat, nisi plura affinia jam adessent,

- | | |
|-----------------------------------|---------------------------------------|
| — ferruginea. p. | **** <i>Liceacei</i> . S. M. I. 88). |
| — tubulina. f. | <i>Perichæna strobilina</i> . f. 89). |
| — typhina. p. | — populina. f. |
| — leucopoda. p. 85). | — abietina. r. |
| — ovata. f. | <i>Licea fallax</i> . p. |
| — obtusata. p. | — fragiformis. f. |
| — papillata. p. | — serpens. r. |
| — physaroides. p. | — spadicea. p. 90). |
| <i>Diachea elegans</i> . r. 86). | — pusilla. r. |
| <i>Dictydium umbilicatum</i> . p. | — badia. r. |
| — microcarpum. r. | — minima. r. |
| <i>Cribraria rubiginosa</i> . r. | |
| — fulva. f. | <i>Sclerogastres</i> . 91). |
| — argillacea. f. | <i>Genococcum geophilum</i> . |
| — pyriformis. r. | f. 92). |
| — vulgaris. r. | <i>Anixia nemoralis</i> . r. |
| — capillaris. r. 87). | |

sequente caractere: *Peridium fugacissimum*, totum evanescent. *Stylidium nullum*, *Capillitium globosum*, demum undique relaxatum. Sessilis, rubiginosa, in circulos elegantes stipata. Intra domos ab Yaberg in charta emporctica Martio.

- 85) Ab omnibus recedit capillitio ovato-oblongo. Passim ad sæpes pineos prostratos.
- 86) Junior *Mesentericæ* species ut plures affines. Hoc genus, *Phlebomorpha* & innumera non minus erronea quotannis fere apud Auctores redeunt.
- 87) *Dictydium* & *Cribraria* forsân *Liceacei*, ob floccos nullos inter sporidia, sed habitus prorsus *Trichiæ*.
- 88) Aegre a *Physareis* separantur, sed flocci subnulli.
- 89) Videtur sui generis ob floccos nullos, sporidia sporidiolis referta ut in *Erysiphe*.
- 90) *Liceæ spadiceæ* sporidia fuliginosa, *badia* alba, *minimæ* rubiginosa.
- 91) Sive *Sclerotiacei* S. O. V.! — Nova exotica genera (*Pachyma*, *Myliitta*) tantam cum *Tuberaceis* indicant affinitatem, ut hos subordinem *Sclerogastrum* facile dicas. *Myriococcum* est *Sclerotium* compositum.
- 92) Genus omnium diversissimum, vix alii descripto affine. Pilulas Pisi minoris magnitudine, atras, corneas, de-

Periola tomentosa. r. 93).	— floccipendulum, r. 96).
Acrospermum compress.	— stipatum. r.
r. 94).	— fulvum. p.
— cornutum. r.	— rugulosum. r.
Sclerotium complana-	— maculare. p.
tum. f.	— pyrinum. r. 97.
— semen f.	— durum. f.
— vulgatum. p.	— Linneæ. r.
— olivaceum. p. 95).	— Pustulla. p.
— udum. r.	— Trientalis. r.
— stercorarium. r.	— populinum. f.
— carneum r.	— frustulatum. r. 98).
— fungorum. p.	— ? areolatum. r. 99).

mum vero intus subpulverulentas cavas sistit species præsens. Frequenter humo mixta præcipue in fagetis, ubi post intensos imbres rivuli pluviales copiose denu-
dant. Sed & alibi vulgare v. c. in humo *Biat. uligi-
nosam* proferente sæpius adest.

- 93) Omnino genere diversum a Sclerotio tomentoso *Som-
merf.*
- 94) Hunc fungum unquam ad *Clavarias* relatum fuisse,
cuique structuram ejus intuenti paradoxum videbitur.
Cfr. optimam analys. *Grew. Scot. t. 182.* Nec differe-
rentia a Sclerotiiis dubia.
- 95) Species nova pulcherrima nive liquescente abunde
lecta in foliis alneis &c. Habitus prorsus Tremellæ
minoris in recente statu!
- 96) Species non flocci-pendenda, sed floccis pendula, in-
signis.
- 97) Non de differentia a *S. vario*, apud nos non obvio,
sed de genere dubitamus. Legimus *inflatam!*, inanem,
in fructibus Rosæ caninæ.
- 98) *Scl. salicinum* b. *S. M. t. p. 263*, sed var. a. a
Sclerot. populino nihil omnino essentialiter differt. Lo-
co natali nimis fidens huc retuli.
- 99) Ambiguum hoc vegetabile, vix hujus generis, *Phyllæ-
dium* alio loco diximus. Priores vero species genuina
Sclerotia.

Rhizoctonia muscorum.	CONIOMYCETES. 3).
Erysiphe varium. f. 1).	
Perisporium betulinum.	
f. 2).	
	Tubercularini sive Hymenocoonii. 4).
	Isaria terrestris. r. 6).

100) Quin *Rhizoctonia exotica* plantarum perfectiorum distinctissimum genus a *Sclerotiiis* constituent, (cellulis ne dicam sporangiolis ut in *Erysiphe* distinctis!) nullum dubium est; hæc vero species inter utrumque genus media.

- 1) Quam maxime variat in diversis plantis, unde numerosæ species vulgo distinguuntur. — Genus omnino Sclerotiaceum; nec aliter differt ac *Polysaccum* a Sclerodermate, *Perichæna strobilina* a reliquis Perichænis. Meo sensu hæc genera haud juste ad Angiogastres referuntur. — Sclerotiaceorum ordo genera continet distinctissima, minime conjungenda. *Pachyma* a *Sclerotio* certe tantum, quantum *Scleroderma* a *Trichia*, differt. Et sic in ceteris.
- 2) Sclerotium. S. M. — Ad hoc genus retuli ob peridia ostiolata & faciem Erysiphes.
- 3) Restat cohors mihi difficillima, cujus limites ab Algis Byssaceis vagi fuerunt; de cujus generum & specierum a prioribus fungis autonomia plurima dubia restant. Cum jam in horum studio maxime occupatus sum, plurimas formas habemus nondum fixe determinatas, quare hoc loco nonnullas vulgatiores tantum enumerem. Variis generibus a me non visis sub hac cohorte in S. O. V. servare coactus sui plures formas, quæ mihi potius Algæ Byssacæ videbantur. Cfr. l. c. p. 319. a & c.; jam vero formas a me examinatas tantum disponens liberius progredior. Indequè ad Byssaceos refero *Botrytideos* & *Mutoreos*.
- 4) Sive *Coniomycetes* vegetatione & habitu ad *Hymenomyces* accedentes, *contextu subfloccoso, stromate superficiali l. erumpenti libero solido inspersis*. Præcipue affinitate cum *Tremellinis* summa connexi sunt; ab his differunt superficie soluta pulverulenta, cum *Tremellinæ* ob membranam tegentem (hymenium confusum) glabræ & unitæ.
- 6) Nova insignis species. Gregaria, simplex, raro e duobus connatis furcata, 2-lin. alta, erecta l. adscendenticurvata, præcipue sicca incurvatur, teres, æqualis,

- agaricina f. 7).
 — citrina. r.
 — umbrina. p. 8).
 — monilioides. f. 9).
 Anthina pulcherrima. 10). — fulva. 11).
 Ceratium porioides. p. 12).
 — pyxidatum. r.
 — hydroides. f.
 Dacrina sudans. 15).

apice vero compresso-dilatata & truncata, inferne nigrescens villosa-rugosa, apice tantum flocculis sporidiiferis tecta. *Ad terram nudam! materia viridi* (Chlorococci) tectam, *chrysalidibus haud innata*, Lecta Jul. calidissimo in fagetis ad Bohult.

- 7) Non hanc, a *Botr. agaricina* distinctissimam, intelligere videtur Ill. *Link Spec. Plant. VI. p. 118*, cum *J. agaricinam* jam supra, ut vivam visam, enumeraverit. — Nulla *Isaria* entomogena apud nos lecta præter *J. Sphingophilam* sterilem, hinc omissam. In Scania vero *Is. crassa* & aliæ affines haud raræ.
- 8) Nempe varietas illa apud A. S. p. 361 notata.
- 9) Maxime affinis reliquis *Isariis*; hinc hoc loco, nullo meliori præsentate *Cephalotricho*, ab hoc genere removere non debui.
- 10) *Ceratonema dilatatum* Roth.! *supra folia faginea putrida* Sept.
- 11) Nascitur supra folia dejecta corylina raro. E basi dilatata byssacea solitarie ascendunt clavulæ nunc flabellato-ramosæ, planæ, villosæ, obtusæ, colore testaceo-fulvæ, 3—4 unc. altæ. Superficie non farinacea ab *Isariis*, valde affinibus, distinguitur hoc genus.
- 12) Fallacissima *Polypori* æmula.
- 13) *Hydnum sudans*. A. S.! — *Subiculum* longitudinaliter effusum, sistens maculas 2—3 unc. longas, 1 unc. latas, determinatas, primo albido-hyalinas, dein candidas, quæ e fibris delicatissimis in telam sericeam matrici arcte adnatam contextæ sunt. Huic subiculo imposita sunt receptacula l. excipula admodum conferta, regulariter disposita, globosa, eumorpha, minuta, mollia, vix conspicue pubescentia, apice aperta, coronata, globulis conico-acuminatis gelatinosis, lutescentibus, quibus delapsis receptacula restant urceolata, intus omnino evacuata. Affinitas varia, forsitan *Thelebolo* proxima, at nulla adest vesicula, sed globuli tantum e

Sepedonium mycophila.	— Puccinioides. p. 22).
f. 19).	Conoplea hispidula. f.
Mycogone rosea. 20).	— olivacea. r. 23).
Epochnium monilioides. f.	Pyrenoconii sive
Fusisporium avenaceum. f.	Entophyti plant.
— aurantiacum. p.	mortuarum. 24).
— flavovirens. f.	Exosporium Tiliæ f. 25).
— griseum. p. 21).	Coryneum umbonat. r.
Arthrimum saricinum. p.	

(aut status dissoluti). Hac distinctione, quæ e nostra de Algis & Fungis idea facillime deducitur, facta, tolluntur fere omnes anomalix in Algarum & Fungorum serie & caractere. Habitui quoque convenit. — Non dubito fore multos, quibus displiceat, *Mucorinos*, *Botrytideos* &c. Algas dici; sed præterquam quod peculiarem hujus classis ordinem constituent, ita connexi sunt cum Phyceis, ut *Leptomitosis* Ag. sive *Pythium*, *Saprolegniam* Nees &c., *Byssocladium* Ag. & plurima unice loco natali, vix genere!, a *Mucorinis* & *Mucedinibus* quibusdam distinguas.!

- 19) Huic ordini *Trichodermacei* nimis accedunt & forsitan non distinguendi. Coniomycetum classis satis artificialis apparet, nam *Hymenoconii* sunt quasi *Hymenomycetes*, *Trichoconii* quasi *Trichogastres*, *Pyrenoconii* quasi *Pyrenomycetes* depauperati. — Hic naturæ nexus reticulatus unice mihi videtur exprimi posse secundum Systema ad normam nostram constructum.
- 20) Ex Link Spec. Pl. 1. p. 28 hoc loco collocavi. In *Bol. pachypode* lecta.
- 21) Hoc & prius *Fusidia* Link.
- 22) Olim *Xyloma caricinum* pro hujus statu sterili habui, sed fructificans lectum omnino diversum, *Leptostromatis* species.
- 23) In ramis *Syringæ*; transit omnino ad sequentem sectionem, ordinem. — Paucissimas e speciebus a me lectis hoc loco attuli.
- 24) Innati, sporidiis subconglutinatis; ad *Pyrenomycetes* serie prorsus contigua transeuntes & ut eorum abortus (typice saltim) forsitan considerandi.
- 25) Cum *Pyrenomycetibus* v. c. *Vermiculariis* maxima affinitas. Cfr. *S. O. V. p. 78.* — *Sporidesmium* mihi

- | | |
|--------------------------|----------------------------|
| — pulvinatum. p. | Papularia fagi. r. 28). |
| Stilbospora macrospora. | Phytoconii sive |
| — pyriformis. b. p. 26). | Entophyti Plantarum viva- |
| Didymosporium elevat. p. | rum 28 b). |
| — bicolor. f. | Gymnosporangium juni- |
| Melanconium ovatum. f. | perinum. f. 29). |
| — bicolor. f. 27). | Podisoma ligulare. r. 30). |
| Næmaspora crocea. f. | Phragmidium obtusum. f. |
| — aurea. f. | — intermedium. r. |
| — incarnata. r. | — mucronatum. p. |

haud certe cognitum; duplicem legi similem formam; *Altera* in ligno putrido pineo sistens cæspitulos atros mihi visa est status degeneratus *Stictis parallelæ*; altera in Fungo Auricularino destructo Grew. Cr. Scot. r. optime expressa est; eximia hujus analogia cum ascis emersis corruptis Thelephorarum nonnullarum.

26) Nostra *M. ovato* similis, differt vero sporiis 3—4 septatis.

27) Num antecedentia tria genera melius jungenda? Limites difficillimi; habitus prorsus idem. Num umquam genera e septis sporidiorum distinguenda? Contra naturam ubique fieri videtur! In optimis generibus (*Sphaeriis*, *Pezizis*, *Fusidiis* &c.) hic character valde artificialis foret.

28) Hujus generis videtur quoque *Uredo punctosa*. *Dec.*

28b) Coniomycetes centrales!, *plantis vivis innati*. Prioribus simillimi; sed nec in plantis mortuis oriuntur nec sporidia primitus in gelatina junguntur. Habitus horum a *Pyrenomycetibus* longius distat. Clavis generum:

Sporidia	}	innata	stromati. <i>Gymnosporangium</i> . <i>Podisoma</i> .
			matri. <i>Phragmidium</i> . <i>Triphragmium</i> . <i>Puccinia</i> .
Sporidia	}	instrata	stromati. <i>Epitea</i> . (Peridermium?)
			matri. <i>Accidium</i> , <i>Uredo</i> , <i>Spilocœa</i> .

29) *Junius Pucciniis* simillimum; dein stromate tumescente tremellinum, sed hujus ordinis omnino est. *Stroma* semper characteres inferioris ordinis offert.

30) A *Puccinia Juniperi Sabinae* omnino diversum.

— bulbosum. p.	— coruscans. p. 37).
Triphragmium Ulma-	Aecidium B. Vera.
riæ. r.	* sporidiis ferrugineis.
Puccinia Violæ. p. 31).	— cornutum. f.
— Lychnidearum. f. 32).	— penicillatum. p.
— Circææ. p.	— cancellatum. f.
— fabæ. p. 33).	** sporidiis aurantiis.
— umbellifer. r. 34).	— Rhamni. p. 38).
— auriculariæ. p.	— crassum. r.
— Scirpi. f.	— Grossulariæ. f.
— graminis. f.	— Periclymeni. r.
Epitea Rubi. r. 35).	— Violæ. f.
Aecidium (A) Periderm.	— Ranunculacearum.
36).	f. 39).
— Pini. p.	

- 31) Sensu Cel. *Grevillei* genus *Pucciniæ* sumo huc referentis etiam species uniloculares sive *Uredines* sporidiis pedicellato-innatis.
- 32) Tantum in *Alsinaceis* legimus, forma varia, cæspitulis orbicularibus circinantibus in *Arenaria trinervia*, seriatis elongatis in *Stellaria longifolia*.
- 33) Cfr. *Grevill. Cr. Scot. t. 29*. Unilocularis variat, uti plures, saltim septa ægre dignoscuntur; sed si distinguamus *Puccinias* & *Uredines* ex pedicellis adnatis mox habitu dignoscuntur hæc genera.
- 34) Insignis species, habitu *Aecidii*, in *Angelica silvestri*.
- 35) *Aecidium columellatum* Schum. — ob stroma intra pseudoperidium distinctum ab *Aecidiis* omnino separandum! — Cfr. *Sommerf. Lapp. p. 229*.
- 36) *Peridermium* num melius proprium genus? *Peridia* erumpentia ex epidermide ramorum l. foliorum acerosarum omnino diversa apparent.
- 37) Vere turiones *Abietis* enecat. Num *Cæoma Pini* *Sommerf. Lapp. p. 229*? Ab *Aec. abietino* Alb. & *Schwein.*, circa *Grenna Smolandia* editoris a nobis lecto, differt tota forma, macula nulla &c.
- 38) In plantis valde diffinibus occurrunt *Aecidia* haud distinguenda; sed in arboribus & herbis eandem speciem numquam vidimus.
- 39) *Vulgaris*, præcipue in *Aquilegia hortorum*.

— Umbelliferarum. p. 40).	— Leucanthemi. r.
— Compositarum. r. 41).	— Pedicularis. r.
— Cichoriacearum. p. 42.)	— rubellum. f. 47).
— Lysimachiae. p. 43).	— Convallariae. f. 48).
— Asperi foliarum. p. 44).	**** <i>sporidiis albis.</i>
— Urticae. p.	— Anemones. p.
*** <i>sporidiis pallidioribus</i>	Dicœoma Anemones. p. 49).
<i>fusciscentibus.</i>	Uredo. 50).
— Leguminosarum. p. 45).	* <i>sporidiis aurantiacis</i>
— Epilobii. p. 46).	<i>luteisve.</i>

- 40) Pimpinellæ Saxifragæ incola.
- 41) Præcipue Lapsanam infestat.
- 42) Apud nos in Scorzonera & Centaurea Jacea.
- 43) In *Lysimachia vulgari*. Peridia in macula irregulari lutescente sparsa.
- 44) Tantum in *Lycopsi* apud nos.
- 45) In *Orobo tuberoso*. Diversum nobis videtur *Aecid. Phacæ frigidae*. Wahl.
- 46) In *Epilob. montano* tantum.
- 47) In *Rumicibus majoribus* nostris maculas steriles tantum offert; perfectum maculis minoribus in R. acetosella.
- 48) In *C. majali*, *Polygonato*, *bifolia* & *Paride* lectum. — In genere vero *Aecidia* in agro nostro haud copiose obviam veniunt.
- 49) Habitus & vegetatio prorsus *Uredinis* & meo sensu non distinguendum. Quamdiu vero alia admittimus genera ex sporidiis simplicibus & septatis (semper fere contra naturam lacerata & plurimis locis nisa caractere omnino fallaci), servamus! Dantur quoque *Aecidia bilocularia* v. c. *Aec. Podophylli* Schwein., quæ quidem ad *Dicœomata* trahi possent, sed equidem hoc inter *Aecidia* & *Dicœoma Anemones* &c. inter *Uredines* potissimum relinquo.
- 50) Summam, ab Illustr. LINKIO optime demonstratam, affinitatem inter *Aecidia* & *Uredines* minime negamus, tamen saltem in specierum enumeratione hæc genera servare cogimur.!

- | | |
|--|---|
| <ul style="list-style-type: none"> — Padi. p. 51). — Rosæ. f. — Rubi. p. — Potentillæ. f. <li style="padding-left: 2em;">β. Alchemillæ. p. — pustulata. p. — Caryophyllacearum. <li style="padding-left: 4em;">p. 52). — Lini. f. 53). — Pyrolæ. p. 54). — Vaccinii. f. — Empetri. p. 55). — Campanulæ. f. — Rhinanthacearum f. 56). — Sonchi. f. — Senecionis. f. — Euphorbiarum. f. — cylindrica. r. | <ul style="list-style-type: none"> — mixta. p. — capræarum. r. — betulina. f. — Orchidis. r. — oblongata. r. — linearis. p. — Filicum. r. 57). <li style="padding-left: 2em;">** sporidiis subfuscis. — Ranunculacearum. p. — Malvarum. r. 58). — Violæ. f. — Leguminosarum. — Umbellatarum. 59). — Cichoriacearum. 60). — suaveolens. f. — Labiatarum. r. — Polygonorum. f. — Rumicum. p. 62). |
|--|---|

51) In *Padis cultis* copiosa. Elegans.

52) In *Cerastio vulgato*, *Arenaria serpyllifolia* & *rubra*.

53) In *Lino cathartico* & *Radiola*; copiose in *L. usitatissimo* ibidemque valde noxia, fibras destruens.

54) In *Pyrola media* adest similis *Uredo*, sed forsan longe aliena.

55) Verno tempore apud nos vulgare. Adest analogia quædam cum *Peridermiis*!

56) Vulgatissima in omnibus *Melampyris*, *Rhinantho*, *Euphrasia* &c.

57) In *Polypodio fragili*.

58) In *Malva moschata* culta, forsan idem ac *Uredo Geranii*.

59) In *Chærophyllo sylvestri*.

60) In *Hypochæride maculata* optima; etiam in *Leontodonte*, *Hieraciis* &c.

62) in *Rumice Acetosella* & *Acetosa*. — Nexus variarum *Uredinum phæosporarum* cum *Pucciniis*, semper phæosporis, nondum satis exploratus. Forsan a se invicem ut *Sphæricæ amphiphericæ* & *Cytisporæ* differunt, nam singulæ fere *Uredini phæosporæ* analogæ adest *Pucciniæ* species. *Sporidiorum* color dispositionem satis naturalem *Accidiorum*, *Uredinum* offerre videtur.

*** *sporidiis nigris* sive

Ustilago,

— receptaculorum. f. 63).

— *Hydropiperis*. p.

— *Caricis*. f.

— *segetum*. f.

Spilocæa Pomi. f. 64).

Appendix :

Spermædis Clavus. f.

Nosophlæa Alni. f.

— *salicis*. p.

& plures valde inorganicæ.

PLANTÆ NUPERIUS
DETECTÆ.

Aira montana. β.

uliginosa. 65 a.)

Genista pilosa. r. 66).

Fontinalis capillacea. r.

Trichostomum ovatum 67).

Splachnum sphæric. r. 68).

Pistillaria quisquilans. p.

69).

Heterosphæria Patella. r.

70).

63) Copiosissima in *Scorsoneris*, quarum dimidiam saltem partem quotannis destruit.

64) Numquam *Pomum silvestre*, raro hortense, ab hoc inquinante fungillo liberum.

65) *Aira uliginosa*. *Weihe*. Varietas valde pulchra & notabilis, lacuum litora limosa hieme inundata cum *Ranunculo reptante* & *Lycopodio inundato* vestiens. Numquam supra limitem aquæ hiemalis reperitur. Annis pluviosis in ipsa aqua floret. Proventus suo magis singularis, quam characteribus, quæ a loco pendent. Folia omnium graminum tenuissima.

66) Lecta ad Älmås in clivo soli maxime exposito, paulo supra Ulmetum adolescens. In Smolandia hactenus lecta non fuit, nec propius in Hallandia quam ad Mahult 1 ½ mill. succ. distantem.

67) In hortis ad Femsjö rarissime, tam parce ut in indice omiserim — *Trichost. fasciculare* β. *Indicis* omnino videtur *T. patens* Wahlenb. Succ.

68) Eximium cæspitem in Kyrkomossen juxta Femsjö legi 1825. Annis pluviosis eximie luxuriant *Splachna*, siccissimis (1826) ne unicam quidem vidimus capsulam.

69) Omnino diversa a *Clav. obtusa* P. quæ vera *Clavaria* & melius *Cl. uncialis* Grew. Cr. Scot. t. 98. dicitur.

70) Nuperius in *Caro carvi* lecta; apud nos semper clausa; tantum in alpinis aperta (*Cenangium Patella* Sommerfeltio optime!) lecta.

Obs. Studio omisimus, præter Byssaceos, plurimas advenas, eas præcipue quæ cum Cerealibus ex Hallandia, perveniuntur & intra unius alteriusve anni spatium pereunt: v. e. *Bromus secalinus*, *sterilis*, *Lychnis pratensis*, *Anthyllis vulneraria*, spectata *Trifolium procumbens*, *Senecio Jacobæa*, *Centaurea Scabiosa* e. pl. nec non consimiles inter olera subinde plantarum vulgo hortensium. Sic ex aliquot bulbis *Tulipæ silvestris* 1812 Lundæ lectis, clivo pingui, sed inculato depositis, mille jam exstant, quamquam vix ulla umquam floruit. *Galanthus* aliæque Liliacæ eodem tempore in graminosis pinguibus satæ jam vere luxuriant.

PLANTÆ CULTÆ

agri Femsionensis.

Indolem regionis physicam plantæ spontaneæ fideliter adumbrant, cultæ vero incolarum victum cultumque vel ingenium illustrent. Cerealia & olera rei culinaria rudimenta sistunt. In paucis plantis officinalibus medicina rustica continetur. Sensus æstheticus circa plantas coronarias mire variat. Ob qualitates, fere occultas, aliæ aliis locis magis religiose coluntur. Sic in diversis Sveciæ provinciis diversas plantas constanter in hortis educatas vidimus, quod certe non e soli natura pendet. Hoc respectu plantarum cultarum indices forsitan non inutiles, saltim curiosæ videantur. Indicandæ vero solum a vulgo copiose & per longam annorum seriem celebratæ. Hæ enim per secula, saltim in plagis ab urbibus prædiisque magnatum remotioribus, parum mutantur. Cum gentis victu cultuque ita coaluerunt, ut migrantes in dissitas regiones sæpe sequi videantur. Negligendus vero Adonis elegantiorum & magnatum, qui semper anomalus & va-

rius. In hunc finem addem indicem stirpium a Rusticis nostris copiosius cultarum:

Avena sativa. f. 1).	Hemerocallis fulva. p.
Secale cereale. p. 2).	Dianthus barbatus. p.
Triticum vulgare. r. 2).	Agrostemma Githago. p.
Hordeum vulgare. f.	Prunus padus. p.
Asperula odorata. p.	— domestica. p. 5).
Primula veris. f.	— insititia. f.
Nicotiana Tabacum. r.	Sorbus scandica. p.
Solanum tuberosum. f.	Pyrus communis. p.
Ribes Grossularia. p. 3).	— malus. f.
Impatiens Balsamina. p.	Rosa centifolia. f.
3 b).	— alba. p.
Scandix odorata. f. 4).	Papaver somniferum. p.
Coriandrum sativum. p.	Pæonia officinalis. f. 6).
Linum usitatissimum. f.	Aconitum intermed. f.
Narcissus poeticus. f.	Aquilegia vulgaris. r.
— pseudonarcissus. p.	Hyssopus officinalis. p.
Allium sativum. p.	(Elsholzia cristata?).
— schœnoprasum. p.	Mentha aquatica. f.

1) Vulgatissimum frumentum est Avena cum Secali mixta.

2) Semper fere annuum; tantum in silvis deustis Secale bienne seritur.

3) Hujus aliorumque ad Pomonam spectantium cultura recentiori ævo curante Patre in agro introducta est.

3 b) Unica Rusticorum planta fenestralis.

4) Huic forsân addenda *Carum carvi* & *Imperatoria*, cum, quamvis non colantur, domesticæ sæpius sint & magni æstimentur.

5) Multis locis, ex. gr. ad Femsjö, ejus cultura frustranea fuit.

6) In Coronariis nobilissima censetur & ob soli sterilitatem tanta fere industria non sine sumtu quotannis limo tecta, quanta ab Hortulanis Asparagus.

— gentilis. f.
 Satureja hortensis. p. 7).
 Lepidium sativum. f.
 Hesperis matronalis. p.
 Brassica oleracea. f.
 — napobrassica. f.
 — Rapa. r.
 Malva moschata. f.
 Pisum sativum parce.
 Tanacetum vulgare. f.
 — Balsamita. f.

Artemisia Absinthium. f.
 — Abrotanum. f.
 Inula Helenium. p.
 Tagetes patula. p.
 Bellis perennis. f.
 Matricaria chamomilla. f.
 Calendula officinalis. p.
 Achillea Ptarmica. p.
 Centaurea Cyanus. f.
 Cannabis sativa. f.
 Humulus lupulus. f.

Quæ ad hunc catalogum præcipue observanda mihi videntur, hæc sunt: Stirpes agrariæ, cibariæ & technicæ cum plerisque provinciis Sueciæ, saltim centralibus, communes sunt, Pisum vero in agris, quos Pisum arvense eo frequentius infestat, nunquam seritur. Omnia cerealia agrorum quoque annua sunt. Agris nulla quies conceditur. Non minus agrorum angusties, quam frigus vernale, Secalis hyberni frit adurens, hujus causa videtur; autumnus contra mitis segetes vernaes tutius maturat. (Sic etiam plantæ spontaneæ magis autumno, quam vere florentes). — Multæ vero plantæ esculentæ v. c. *Daucus*, l. condimentis inservientes v. c. *Cochlearia Armoracia*, *Sinapis*, negliguntur. Ob vitum maxime frugalem, plantæ, quæ gustum afficiunt, graveolente Allio excepto, parum curantur. (Condimentorum exoticorum quoque rarus usus). Pomaria haud frequentia: fructus dulces tantum coluntur; aciduli (ut omnis cibus aceto tinctus) respuuntur. Cerasa cum Sorbis comparant. Sapor amarus acido potius placet. — Sed nullibi, ne ad tuguriola, desunt areolæ herbarum cultarum, præcipue odore forti & aromatico, quare plantæ topiariæ communi titulo *Kryddor* (aromata) areque

Kryddsängar (aræa aromatum) appellantur). Mirus, quantus graveolentium herbarum appetitus! Nobilissimæ censentur *Menthæ* (*M. rubra* & *aquatica* Smolandis *Hjertansfröjd* h. e. Deliciæ cordis; *M. gentilis* vero *Åkta Mynta*, sive mentha vera ut distinguatur a *Mentha arvensi*, sive *equina* Rusticis), *Artemisia Abrotanum* & *Tanacetum Balsamita*, (*Salvia* dicta). Odoris caussa quoque celebrantur *Tanacetum*, *Artemisiæ*, *Tagetes!*, *Hyssopus*, *Matricaria*, *Calendula*, *Asperula* &c. Vix ullibi Mentharum frequentior laus. Hic amor plantarum olentium Smolandis inter vicinos privus est. — Accipimus, incolas regionum ferarum v. c. aborigines Americæ septentrionalis, olfactu maxime pollere. Pollent & nostri; num exinde gaudent hujus organi stimulis, quos alii rejicerent? Notabilis e contrario penuria plantarum oculos allicientium. *Pœonia*, quæ Florum regina censetur, fere unica planta superba. Reliquæ fere omnes coronariæ potius gratiæ (*Rosæ*) modestiæ (*Narcissi*) & concinnitate (*Bellis*, *Achillææ*, *Primula* &c. , quæ præcipue diliguntur) sese commendant. Nostrates igitur decorum magis quam speciosum delectare videtur. Omnis suavium plantarum cultura ad fasciculos florum (*Kryddqvastar*) diebus festivis parandos tendit. Industria & sollertia, regionibus campestribus incognita, ornamenta hæc ephemera nectuntur: Infundibulis papyraceis, concinne plicatis fimbriatisque, sæpius coronantur. Faux e floribus putillis, limbus vero e foliis suaveolentibus contextus est. Virginum sunt artificia, juvenum spolia, sæpius vero haud invite oblata, saltem resectis unguibus defensa. Præter cultum elegantiore, ut remedium contra somnum in templis celebrantur. Nam ruricolæ nostrates diebus profestis gravissimos labores passi, longinquo itinere defatigati, diebus festivis frequentes in delubris convenientes, æstate calida stipati, inviti facile obdormiscunt, nisi odoribus fortibus incitentur. Huic vero usui magis dicatæ sunt summitates edules plantarum acrium vel aromaticarum, quæ in

hunc tantum finem cultæ l. comparatæ *Kyrko-Kryddor* dicuntur v. c. *Lepidium*, *Scandix*, *Coriandrum*, *Anisum*. Plantæ medicinales paucæ. *Inulæ* cultura ex Hallandia adventitia. E contrario *Sempervivum*, quod Hallandis faustus lar & *Salices Sambucusque*, Scanorum penates, prorsus vilipenduntur. Conferenti mihi ulterius plantas cultas vulgi in Scania & Ostrogothia visus sum videre, in illa edules & sapidas, in hac speciosas & oculos allicientes suaveolentibus Smolandorum coronariis substitui. Et forsân ex hoc incolarum diverso usu explicatur, quare in media Suecia plantæ speciosæ v. c. *Liliacæ* ut *Fritilaria meleagris*, *Lilia*, in Smolandia graveolentes v. c. *Menthæ*, *Elsholzia*, in Hallandia *Sempervivum*, in Scania edules v. c. *Asparagus*, *Armoracia*, *Sinapis*, *Pastinaca* &c. frequentius spontaneæ occurrant. Nam certum est, Floram Hospitam spontaneam varie mutare. Sic ob neglectum cerealium hybernorum apud nos desunt *Centaurea Cyanus*, *Agrostemma Githago*, *Delphinium Consolida* &c. nostratibus hortenses. — Sed quæ de hac re hætenus neglecta pluribusque forsân parum notatu digna visa attulimus, ne severius dijudicent lectores, iterum iterumque rogamus. Auctori forsân soli grata sunt utpote memorias ætatis puerilis revocantia. Ne in gratus viderer in solum natale dilectissimum, quod omnes amœnitates mihi subministravit, hanc Florulam conscripsi. Plura, ut speramus, ulterior ejus disquisitio dabit; jam lætus redeo ad hujus naturæ delicias.

Ab Amico æstumatissimo GREVILLE nuperrime edo-
 ctus sum, *Gymnostomum Ahnfeltii* nostrum novam quidem
 esse speciem, sed ad recentius distinctum Hymenostomi
 genus potius pertinere.

-
n
i

UB WIEN



+AM486795502

